DE

VIA MILITARI ROMANORUM
EGNATIA,

QUA

ILLYRICUM, MACEDONIA ET THRACIA

IUNGEBANTUR,

DISSERTATIO GEOGRAPHICA.

SCRIPSIT

THEOPHILUS LUC. FRIDERICUS TAFEL,

PHIL. DR. LIT. ANTIQ. IN REG. LIT. UNIVERSITATE TUBING. P. P. O.
MONACENSIS ACADEMIAE SODALIS,
SOCIETATI GEOGRAPHICAE FRANCOFURTENSI ADSCRIPTUS.

TUBINGAE,
PROSTAT APUD H. LAUPP.
1842.

TUBINGAE, TYPIS HOPFERI DE L'ORME.

PRAEFATIO.

Commentationibus meis Egnatianis paucula praemittenda esse video, quum plurima eorum, quae praefandi vicem sustinere possint, tum Prolegomenis totius operis, tum utrique dissertationi inseruerim.

Regiae literarum universitati Gottingensi quum anno 1837 prima solennia secularia agenti nomine Tubingensium gratularer,*)

*) „ALMAE GEORGIAE AUGUSTAE MAGNIFICE DOMINE PRORECTOR, VIRI SUMME REVERENDI, CONSULTISSIMI, EXPERIENTISSIMI, AMPLISSIMI, DOCTISSIMI. Prima sacra saecularia, quibus almae Vestrae academiae anno MDCCXXXVII. conditae memoriam huius Septembris diebus XVII. XVIII. XIX. celebraturi estis, vix alia Germaniae academia laetioribus votis prosequitur, quam Eberhardina nostra Tubingensis."

„Ex quo enim tempore Principum Vestrorum sapientissimo consilio universitas Gottingensis condita fuit, populares nostri non destiterunt, praeter nostram academiam ad Musarum Vestrarum fontem limpidissimum accedere, ut inde litterarum artiumque institutione non minus sincera, quam eleganti imbuerentur. Eorum non unus extitit, qui summom Vestram benevolentiam et humanitatem animo grato testaretur."

„Verum aliud quoque inter Gottingam et Tubingam arctioris necessitudinis vinculum intercedit. Ex Württembergiae enim finibus, quantum ii nunc maxime patent, per primi Vestri saeculi decursum unum et alterum melioris spei iuvenem dignum iudicastis, qui apud Vos vel publice vel privatim docendi munere fungeretur. Eorum nomina hoc loco afferre, Vobis non ingratum fore speramus. Sunt autem sequentia: Berg, Cotta, Eichhorn, Franz, Gmelin, Hofacker, Mayer, Osiander, Plank, Reuss, Scheidt, Schlötzer, Schnurrer, Seyffer, Spittler, Stäudlin, Stutzmann. Ii viri quidquid ad res Vestras augendas contulerunt, eius particulam aliquam populares Württembergenses sibi vindicare posse existimant."

„Postremo nunquam non sapientem illam solidamque rationem venerati sumus, quam antistites et doctores Vestros in literis fovendis atque excolendis immutabili quodam tenore secutos esse constat. Apud Vos nimirum, si in alia literarum sede publica, iure aequissimo Musae vivunt,

epistolae meae more apud nostrates recepto tentamen commentationis addebam

DE VIA MILITARI ROMANORUM EGNATIA,
QUA ILLYRICUM, MACEDONIA ET THRACIA IUNGEBANTUR.

„Ea scriptio non aliter ac coenantium precationes brevitati studebat; et monebant quoque temporis concessi angustiae, ut velis contractis solos rerum apices attingerem, uberiora, quae narrari possent, in alius occasionis opportunitatem procrastinans.“

„Ita factum est, ut illo tempore plenioris expositionis solum prooemium, non aliud, legentibus quasi praegustandum offerrem, in quo, quaenam alia, ubi medias in res alio tempore veniri posset, exponere in animo haberem, minus spondebam, quam indicabam. Nihilominus promissis qualibuscumque standum esse videtur. Suadet ipsa rei argumentique gravitas; suadet, immo incitat totius itineris quasi literarii satis magna difficultas; postremo non nihil movet aliorum exspectatio, qui uberioris operis nostram adumbrationem singularis tractationis ope illustrandam esse existimarunt.“

„Fiet, quod posci video.“

---

nullumque literarum genus alteri imperitat. Unde factum est, ut mira studiorum concordia et ubertas inter Vos conspiciatur, utpote fulta et nutrita prudenti motus et quietis temperamento, quo res humanae unice laetantur augenturque.“

„Salve, Alma Georgia Augusta, omnis solidioris et penitioris eruditionis per totum orbem literatum fax egregia et promotrix.“

„Dissertationem civis nostri, Theophili Lucae Friderici Tafelii, geographicam de Via Romanorum militari Egnatia, huic epistolae additam, aequo benevoloque animo accipiatis, etiam atque etiam rogamus.“

„Nominum Vestrorum clarissimorum addictissimi cultores: Rector, Cancellarius et Professores Regiae literarum Universitatis Tubingensis.“

„Tubingae VIII. Sept. MDCCCXXXVII.“

Et haec fere Commentationi priori praeludebant, quae hoc ipso loco repetere lubet.

Proömium isto tempore emissum iam excipiunt duae commentationes, per academicorum actuum opportunitatem anno proxime elapso conscriptae. Eae specialia eorum tractant, quorum conspectum in Proömio brevi quasi manu dederam.

Verum is ipse conspectus in multis erat mutandus. Erat enim iusto, ut dixi, brevior. Succedant in eius vicem PROLEGOMENA, quorum ego id consilium esse volui, ut ii, qui postero tempore Albaniam, Macedoniam, Thraciam visendae antiquitatis causa peragrabunt, copias quasdam epulasque per me paratas habeant, sc. ipsas viatorum doctiorum narrationes, quarum tum Ego censuram egi, tum Illi ipsi puto quandoque agent.

Egnatiae reficiendae magnum momentum esse, Commentatio I. p. 1 sq. luculenter mihi aliisque monstrasse visa est. Erit igitur tum aliorum Principum, tum maxime CELSISSIMI TURCARUM IMPERATORIS, totius viae emendatione, ubi opus erit, veteres publicae salutis fontes recludere, novosque aperire.

Tabulas Egnatiae geographicas operi meo addere nec licebat, nec vacabat. Talia post me venientes tentabunt, nixi (spero) meis commentationibus, ex quibus facile erit non tantum ipsam Romanorum viam, verum etiam tabulas antecessorum geographicas locis aliquammultis in meliorem ordinem redigere.

Tubingae, instantibus nundinis paschalibus anni salutis reparatae MDCCCXLII.

PROLEGOMENA.

Veteris Thessalonicae geographiam quum nuper lucubrationibus meis tentarem, *) id potissimum rationis consiliique persequebar, ut non antiquissimorum tantummodo scriptorum ope (sunt enim ii admodum pauci), verum etiam illorum auctorum lectione, qui toto, quod nos agimus, aevo Christiano vixere, facem aliquam tenebris illis admoverem, quibus vix aliam geographiae classicae provinciam adeo premi constat, quam Macedoniam cum Illyrico Thraciaque contermina.

Nimirum opinabar, inventum iri inter istos recentioris neglectique a doctis plerisque aevi scriptores unum et alterum, qui varia legisset ulterioris antiquitatis volumina, quibus nos per temporum iniuriam non sine doloris quodam sensu caremus. **) Accedit, quod illorum auctorum quidam terras istas, quas memorant, ipsi adiisse putandi sunt, ut Procopius, Nicetas, Acropolita, Cantacuzenus. Postremo etiam apud incolas, quotquot antiquitus supererant, famam quandam de rebus vetustioribus obtinuisse, varia mihi testabantur medii aevi monumenta; cuius rei exemplum protuli in prolegomenis meae Thessalonicae p. XX.

Ea sive opinatio sive divinatio non tota me fefellit. Vidi equidem, ut alia, quae afferri possunt, exempla omittam, Thucydidis locum ambiguum de Strymone fluvio SS. Patrum adminiculo illustrari; ***) Demosthenicam vero Chalcidensium a Philippo eversorum memoriam e Cantacuzeno imperatore lucem nancisci, collato Appiano; postremo aliorum vetustiorum geographica e scriptoribus rerum Francicarum, †) Byzantinarum et Turcicarum intellectum suum sperare.

Ita volenti nolentive accidit, ut genus scrutandi susciperem, asperum sane et salebrosum, si aerumnas eius spectes; fructuosum vero et amoenum, si in eo non sine iudicandi quadam cautela, sobrietate et modestia verseris. Ea enim nunc est veteris geographiae conditio, ut vel diligentissima antiquiorum s. classicorum scriptorum cognitio per se non sufficiat: accedere debet eorum scriptorum usus, qui, licet diu post

---

*) De urbe Thessalonica ejusque agro. Berolini 1839. 18. CIX. 553 pagg.

**) Imperante Anastasio, i. e. seculo V. et VI., Christodorus scripsit πάτρια (origines s. antiquitates) Thessalonicae, libris XXII. (?), de quo scriptore videndus Suidas s. v. Χριστόδωρος. Is igitur Macedonicis quibusdam scriptoribus uti debebat, qui ad unum omnes interierunt. De his vide meam Thessalonicam pagg. III. 7.

***) Thessalonica p. 246. not. 66.

†) Maximopere huc faciunt expeditionum cruciatarum scriptores, ii potissimum, qui iter Boëmundi et Tancredi, Normannorum Siculorum, scripserunt.

illos nati, non omnem melioris notae eruditionem exuerant, deinde etiam a maioribus aliquam famam de gentium urbiumque primordiis acceperant. Utrique vero operae coronidem quasi imponit earundem regionum visitatio, saltem commentariorum ab iis elaboratorum lectio, qui terras, quas dicunt, classicas cognoscendae antiquitatis causa, ut Taciti verbis utar (annal. 2, 59), adierunt.

Hanc viam rationemque tenui, cum nuper Thessalonicam cum agro suo illustrarem. Iam vero, consilii tenore non mutato, maiorem Illyrici, Macedoniae et Thraciae partem uni quodammodo censurae subiicio, *viam* sc. *Romanorum militarem Egnatiam*, qua illi regna supra memorata inter se coniunxerunt, uberiore tractatu illustrans. In qua expositione ita versabor, ut non de solis stationibus urbibusque clarioribus viae appositis agam, verum etiam statum illarum regionum naturalem, maximopere montes, fluvios, lacus, postremo agriculturam, quantum licebit, illustrem.

Et primo quidem, ut ordinem decursumque disputationis iam nunc significemus, in tractatione primum de *nomine* viae videbimus et de populis terrisque, quas via Egnatia penetravit; item de *mensura* et *longitudine*; secundo de *historia* viae, i. e. de iis, qui ea usi sunt; tum de *consilio* eius faciendae; denique de *tempore*, quo munita esse videtur. Sequetur ipsa Dissertatio, cuius prior sectio eam viae partem illustrabit, quae *Apolloniam* (*cum Dyrrachio*) *et Thessalonicam* intercedit (haec enim civitas medium apprime viae totius locum obtinet, ut e Strabone apparebit infra memorando); sectio posterior eam partem, quae *Thessalonicam et Cypsela* iungit. Praemittemus autem alterutri sectioni *veterum itinerariorum tabulaeque Peutingerianae stationes numerosque*, uno conspectu iuxta positos; deinde singulas stationes et reliqua illustrabimus.

I.

VIAE AUCTOR ET NOMEN. POPULI, QUOS PENETRAVIT. MENSURA.

Viam Romanorum *Egnatiam*, qua Illyricum, Macedonia, Thracia iungebantur, quis veterum suo nomine insigniverit, in obscuro nunc est, cum ea pars historiae Polybianae, quae fusius de hoc monumento egisse putanda est, interciderit. Poteris tamen ex opposito Italiae inferioris litore vocis illustrandae subsidia petere. Est ibi urbs maritima *Egnatia*, de qua videatur Strabo 6, 3, 7. 8. p. 282. ed. Casaub. Plin. H. N. 2, 107 (111). 3, 11 (16). Antonini itinerarium p. 117. ed. Wess. Horatio (sat. 1, 5, 97) urbs *Gnatia* dicitur. Est ea inter Barium et Brundusium, Apolloniae Illyricae, unde cum Dyrrachio viae Egnatiae initium, fere opposita. Quare eundem, qui in urbem orae Adriaticae occidentalis coloniam deduxit, viae quoque magnificae auctorem esse putabis, quae ex oppositae orae orientalis urbibus, Dyrrachio atque Apollonia, initium capit. Verum Egnatiae quoque urbis auctor in incerto est; viaque Egnatia quando tota munita fuerit, non minus ambigi licet. Nos progredimur ad apertiora.

Quas *terras gentesque* via Egnatia penetraverit, quam *longa* fuerit, denique *nomen* eius e solo Strabone, qui Polybium, forsan et alios, secutus videtur, cognosci potest.

Strabo igitur libro 7, 7, 4. (p. 322. ed. Casaub.), coll. Plin. H. N. 4, 10 (17.) haec habet: *Ἐκ δὲ τῆς Ἀπολλωνίας εἰς Μακεδονίαν ἡ Ἐγνατία ἐστὶν ὁδὸς πρὸς ἕω, βεβηματισμένη κατὰ μίλιον καὶ κατεστηλωμένη μέχρι Κυψέλων καὶ Ἕβρου ποταμοῦ.* *) *Μιλίων δὲ ἐστὶ πεντακοσίων τριάκοντα πέντε. Λογιζομένῳ δὲ, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ, τὸ μίλιον ὀκτοστάδιον, τετρακισχίλιοι ἂν εἶεν στάδιοι, καὶ ἐπ' αὐτοῖς διακόσιοι ὀγδοήκοντα. Ὡς δὲ Πολύβιος, προςτιθεὶς τῷ ὀκτοσταδίῳ δίπλεθρον, ὅ ἐστι τρίτον σταδίου, προςθετέον ἄλλους σταδίους ἑκατὸν ἑβδομήκοντα ὀκτὼ, τὸ τρίτον τῶν μιλίων ἀριθμοῦ. Συμβαίνει δ', ἀπὸ ἴσου διαστήματος συμπίπτειν εἰς τὴν αὐτὴν ὁδὸν τούς τ' ἐκ τῆς Ἀπολλωνίας ὁρμηθέντας καὶ τοὺς ἐξ Ἐπιδάμνου. Ἡ μὲν οὖν πᾶσα Ἐγνατία καλεῖται. Ἡ δὲ πρώτη ἐπὶ Κανδαουΐας λέγεται, ὄρους Ἰλλυρικοῦ, διὰ Λυχνιδοῦ πόλεως καὶ Πυλῶνος, τόπου ὁρίζοντος ἐν τῇ ὁδῷ τήν τε Ἰλλυρίδα καὶ τὴν Μακεδονίαν. Ἐκεῖθεν δ' ἐστὶ παρὰ Βαρνοῦντα διὰ Ἡρακλείας καὶ Λυγκηστῶν καὶ Ἐορδῶν εἰς Ἔδεσσαν καὶ Πέλλαν μέχρι Θεσσαλονικείας. Μίλια δ' ἐστὶ, φησὶ Πολύβιος, ταῦτα διακόσια ἑξήκοντα ἑπτά. Ταύτην δὴ τὴν ὁδὸν ἐκ τῶν περὶ τὴν Ἐπίδαμνον καὶ τὴν Ἀπολλωνίαν τόπων ἰοῦσιν ἐν δεξιᾷ μὲν ἔστι τὰ Ἠπειρωτικὰ ἔθνη .. ἐν ἀριστερᾷ δὲ τὰ ὄρη τὰ τῆς Ἰλλυριῶν .. καὶ τὰ ἔθνη τὰ παροικοῦντα μέχρι Μακεδονίας καὶ Παιόνων.* **I. e.** ***Ab Apollonia in Macedoniam est via Egnatia orientem versus, dimensa secundum millia lapidibusque distincta, usque ad Cypsela Hebrumque fluvium. Continet M. P. 535. Quodsi pro 1000 passibus 8 (ut receptum est) stadia numeres, stadia habebis 4280. Sin Polybium sequare, qui 8 stadiis 2 iugera addit, i. e. trientem stadii, addenda sunt 178 stadia, triens numeri milliarium. Eodem vero spatio eandem in viam deveniunt, qui ab Apollonia, et qui a Dyrrachio proficiscuntur. Tota haec via Egnatia vocatur, prima pars in Candaviam, Illyrici montem, per urbem Lychnidum et Pylonem, qui locus in via distinguit a Macedonia Illyricum: inde iuxta Barnuntem*** (montem) ***per Heracleam, Lyncestas Eordosque Edessam et Pellam pergit Thessalonicam. Sunt haec milliaria, ut ait Polybius, 267. Hoc iter facientibus ab Epidamno et vicinis Apolloniae locis ad dextram sunt gentes Epiroticae .. ad sinistram Illyrici montes et gentes, quae inde usque ad Macedoniam et Paeonas habitant.*** Idem ibidem §. 8 (p. 327.): *Διὰ δὲ τούτων ἐστὶ τῶν ἐθνῶν ἡ Ἐγνατία ὁδὸς, ἐξ Ἐπιδάμνου καὶ Ἀπολλωνίας. Περὶ δὲ τὴν ἐπὶ Κανδαουΐας ὁδὸν αἵ τε λίμναι εἰσὶν αἱ περὶ Λυχνιδόν.* **I. e.** ***per has gentes via Egnatia ducit ex Epidamno et Apollonia. Et in ea, quae est in Candaviam, via lacus sunt circa Lychnidum.*** **) Excerpta ex eodem Strabone

*) In his Strabonianis inversus locorum ordo deprehenditur. Dicere summus geographus debebat: *μέχρις Ἕβρου ποταμοῦ καὶ Κυψέλων.* Sed primo loco ponit urbem, ut rem potiorem, pro fluvio. Cypsela X. M. P. spatio ab Hebro remota fuerunt, ex Oriente, coll. Commentatione II. p. 57.

**) Non solam paludem Lychnitidem specta-

libro 7. fin. §. 3.: *Ὅτι ἡ Μακεδονία περιορίζεται ἐκ μὲν δυσμῶν τῇ παραλίᾳ τοῦ Ἀδρίου, ἐξ ἀνατολῶν δὲ τῇ παραλλήλῳ ταύτης μεσεμβρινῇ γραμμῇ, τῇ διὰ τῶν ἐκβολῶν Ἕβρου ποταμοῦ καὶ Κυψέλων πόλεως .. ἐκ νότου δὲ τῇ Ἐγνατίᾳ ὁδῷ, ἀπὸ Δυῤῥαχίου πόλεως πρὸς ἀνατολὰς ἰούσῃ ἕως Θεσσαλονικείας.* *) I. e. *Macedonia ab occasu terminatur maris Adriatici ora, ab ortu linea meridiana illi orae parallela, per Hebri ostia et Cypsela urbem ducta .. ab austro finitur viâ Egnatia, quae a Dyrrachio urbe versus orientem Thessalonicam tendit.*

Penetravit igitur via Egnatia Illyricum, Macedoniam, Thraciam meridionalem, et quidem maritimam, Aegaeo mari appositam. Primam regionem non habet Epitomator Strabonis, qui Macedoniam, sensu latiori s. Romanorum, Adriâ terminat, velut itinerarium Antonini p. 317. ed. Wessel.: *Iter, quod ducit a Dyrrachio per Macedoniam et Thraciam.* Initium fuit Dyrrachium cum Apollonia, medium Thessalonica, finis Cypsela.

Polybiusne, ut hoc unicum e sequenti capite praeoccupem, hac via usus sit, postea Strabo, in incerto positum est: de Strabone equidem dubito. Hunc enim more suo in eâ parte libri VII., quae servata est, quaedam additurum fuisse puto, unde praesentia eius in istis terris intelligi poterat. Quod est secus. Deinde Polybius mensuram quidem viae, inter Dyrrachium (cum Apollonia) et Thessalonicam intercedentis, exponit; quod tamen ab alio, sc. rerum Macedonicarum scriptore, ut Strabo a Polybio, discere poterat. Strabonem vero illas regiones non adiisse, persuasum habeo. Cur enim mensura viae Polybiana utitur, non sua, ut alibi?

Sed quaeres, num iam Polybii aevo via Egnatia extiterit? Ex mensuris, quas Strabo in fine narrationis suae e Polybio de via Egnatia repetit, ne id quidem certo consequitur. Polybium, cuius ea pars historiae intercidit, de via aliqua antiqua locutum dices, cuius vestigiis mensurisque, quod alibi quoque accidisse puto, postea via nova, Romanorum sc., Ciceroni Straboniqne nota, respondere adeoque inniti poterat. Sed fac, viam Egnatiam, quatenus Thessalonicam petebat, Polybii iam aevo munitam fuisse, quod equidem non nego: fuitne etiam altera pars, posterior s. orientalis, eodem aevo absoluta? Tacet de ea re Strabo; qui, quod primo loco de longitudine totius viae docet, id non e Polybio habet: non enim affert nisi stadii Graeci mensuram Polybianam, non Polybianam totius viae delineationem. Verum de his sub finem horum prolegomenorum alia tradam.

Totius igitur viae longitudo efficit stadia 4280., milliaria Rom. 535., Germanica 107.; quod quomodo mensuris itinerariorum tabulaeque Peutingerianae respondeat, suis locis exponetur.

---

ri, e plurali lacuum numero per se patet. Est magnus lacus Lychnitis (Okri, Achris, Achrida); dein tres minores viciui, lacus Prespae, lacus Dreuovae, lacus Maliki.

*) De hac Thessalonicae forma v. Nostra Thessalonicensia p. 17 sq. not. 24.

II.

INDEX EORUM, QUI VIA EGNATIA USI SUNT.

Horum non antiquiorem Cicerone novi. Is igitur, cum exul ante Chr. a. 58. Brundusium venisset, dubius haesit, num per Epirum Thessaliamque, an recta Thessalonicam proficisceretur. Vide epistolas eius ad Atticum 3, 7: *Brundusium veni a. d. XIV Kal. Maias.. Aut accedemus in Epirum, aut tarde per Candaviam ibimus.* Posteriorem viam alteri praetulit, quod ex epistola eiusdem libri octava cognoscimus, ubi, *Phaëtho,* ait, *libertus Pellae mihi praesto fuit.* Eam urbem non ii permeant, qui per Thessaliam, sed qui recta Thessalonicam proficiscuntur, coll. epist. 14.: *In Epirum ideo .. non veni* (ad evitandas ambages). Reditum per eandem viam fecit, coll. epist. 22.: *Ego quod, per Thessaliam si irem in Epirum, perdiu nil eram auditurus, et quod mei studiosos habeo Dyrrachinos, ad eos perrexi.* Ceterum isto tempore multum commercii inter Dyrrachium ac Thessalonicam fuisse, ex iisdem epistolis intelligitur.

Sequitur bellum civile inter Caesarem Pompeiumque ante Chr. annis 49. 48. gestum. Caesar de bello civ. 3, 11.: *Pompeius erat eo tempore in Candavia, iterque ex Macedonia in hiberna Apolloniam Dyrrachiumque habebat.* Ibidem c. 79.: *Caesarem Apollonia a directo itinere averterat. Pompeius per Candaviam iter in Macedoniam expeditum habebat.* Ibid.:.. *Heracleam Sinticam* (immo Heracleam Pelagoniae), *quae est subjecta Candaviae* (immo Barnunti). De Pompeji per Candaviam itinere, cum Macedoniam Thessaliamque peteret, v. inprimis Lucani Pharsaliam 6, 329 sqq.: *Sic fatus in ortus Phoebeos convertit iter, terraeque secutus Devia, qua vastos aperit Candavia saltus, Contigit Emathiam, bello quam fata parabant.*

Idem iter Brutus quoque post occisum Caesarem cum exercitu fecit, Macedoniam petens. Vide epistolarum Ciceronis et Bruti librum singularem, epist. 6. Ibi Brutus: *In Macedonia congrediemur* (ego et filius tuus) . . . Subscriptio epistolae: *XVII Kal. Iunias ex castris, ad imam Candaviam.*

Caesare occiso cum Antonius atque Octavianus Macedoniam peterent (ante Chr. a. 42.), ibi cum Bruto Cassioque decertaturi, Octavianus aeger Dyrrachii aliquamdiu substitit (Appian. B. C. 4, 106). Eum deinde per Egnatiam Philippos venisse, nullus equidem dubito, quamquam de eo silet historia. Eodem bello Brutum Cassiumque ab Hellesponto per partem Egnatiae orientalem, quae est inter Cypsela Philipposque, in Macedoniam venisse legimus (Appian. l. c. c. 102 sq.): ipsum vero viae nomen tacetur. Adde Tiberii Caesaris iter in Syriam a. u. 734 apud Suetonium in Tiberio cap. 14.: *Et ingresso primam expeditionem, ac per Macedoniam ducente exercitum in Syriam, accidit, ut apud Philippos sacratae olim victricium legionum arae sponte collucerent ignibus.* Quod non secus diu post (anno Christi 322), quum Constantinus M., cum

copiis urbe Thessalonica egressus, Hebrum inferiorem, dein Hadrianopolin Thraciae peteret, cum Licinio decertaturus (Zosimus 2, 22), sc. nostra via, non alia usus, quamquam nomine eius non memorato. Extremo tempori eiusdem imperatoris iter viri Sancti assignandum est, qui e Burdigala, Galliae urbe, egressus, Hierosolyma profectus est (Itinerar. vetera p. 537. ed. Wessel.). Is per viam Egnatiam in Italiam rediit. Eandem viam ii respiciunt, qui Itinerarium, quod Antonini imp. esse fertur, tabulamque Peutingerianam s. confecerunt s. refecerunt, licet viae ipsum nomen non significantes.

Per eandem (sc. orientalem partem) copiae Aegyptiacae profectae sunt, quae imp. Theodosio M. a Byzantio venientes et Macedoniam petentes Thessalonicam venere, de quibus videndus Zosimus 4, 30. 31 (ad annum 388.). Neque aliter paulo post (a. 392. vel 393.) ipse Theodosius M., Byzantio cum legionibus suis egressus, Italiamque petens ad debellandum Eugenium tyrannum; in quo itinere cum Thessalonicam venisset, stragem civium notissimam edidit, de qua egi in Thessalonicae meae prolegomenis pag. XLVIII—LIII.

Seculo quinto (a. 479.) Theodoricus Gothus, brevi post rex Italiae, Thessalonicam hostili agmine petens, sive Thessalonicensium fortitudine, sive donis et artibus Zenonis imp. metus, a consilio abstitit (Thessalonica p. 184—86.), statimque arma adversus Illyricum Dyrrachiumque movit. In ea expeditione non aliam viam ingressi sunt Gothi, quam Egnatiam occidentalem. Primo enim venere Edessam (Vodinam), quam male habuere (Nicephori progymnasmata cap. 22. in Rhetorr. Gr. Vol. I. p. 519 sqq. ed. Walz.); inde Heracleam Pelagoniae; postea Lychnidum, Scampa, Dyrrachium. Posteriorem expeditionis partem (ab Heraclea Dyrrachium) egregie illustrat Malchus, qui scriptor multum lucis nostrae ventilationi affert. Is igitur in Excerptis legationum cap. I (Dexippus etc. ed. Bonn. p. 248 sq.): *Ὁ δὲ Βαλαμήρου* (sc. Theodoricus) *περὶ Ἡράκλειαν ἔμενεν, καὶ ἐπὶ τὴν Ἤπειρον πέμπει πρὸς Σιδιμοῦνδον . . ἐν τῇ κατ' Ἐπίδαμνον Ἠπείρῳ χώραν τε νεμόμενον καὶ εὐδαίμονα κλῆρον . . ἀξιῶν ἐξευρεῖν καὶ συμπρᾶξαι τρόπον, δι' οὗ τῆς τε Ἐπιδάμνου καὶ τῆς ἄλλης . . δυνηθείη κρατήσας στῆναι τῆς πολλῆς πλάνης.* Annuit Sidimundus Gothus, et Theodoricus *πρὸς τοὺς Ἡρακλεώτας, ἐκλιπόντας μὲν τὴν πόλιν, ἐς φρούριον δὲ ἰσχυρὸν ἀνεσκευασμένους, πέμψας ἀπῄτει σῖτον πολύν τινα καὶ οἶνον, ὅπως τῷ στρατῷ ἔχοι ἀπιὼν ἐφόδια.* Illi renuunt; tum Gothus vacuam incolis urbem iratus incendit, et confestim castra movet in Illyricum. *Καὶ κατὰ τὴν δύσοδον καὶ στενὴν ὁδὸν, τὴν ἐπὶ τὴν νέαν λεγομένην Ἤπειρον* (Illyricum) *ἀπάγουσαν, ἀναστήσας ἤλαυνε, καὶ προπέμπει τοὺς ἱππεῖς, τὰ ἄκρα τῇ στρατιᾷ προκαταληψομένους, καὶ ἕως ἀνέλπιστοί εἰσι κατ' ἐκεῖνα χωρήσειν, ἐξ ἐφόδου ἀθρόας ἐκκρούσοντας τὴν φυλακὴν, ἥ τις ἦν αὐτόθι. Οἱ δὲ ὡς ἀνέβησαν, οἱ ἐπὶ τῷ τειχίῳ φρουροῦντες στρατιῶται τό τε πλῆθος ἰδόντες, καὶ πρὸς τὸ αἰφνίδιον αὐτῶν καταπλαγέντες, οὔτε εἰς*

ἀλκὴν ἔτι τραπέσθαι ὑπέμειναν, οὔτε λογισμὸν ἔσχον ἀποζεῦξαι τὸ τείχισμα, ἀλλ' ὥρμησαν φεύγειν.. Οἱ δὲ (Gothi) κατὰ πολλὴν ἐρημίαν προσιόντες (l. προϊόντες) ἐχώρουν.. Θευδέριχος μὲν οὖν (ducebat is agmen) προκαταβὰς καὶ θαρσῶν, ὡς οὐδεὶς ἦν αὐτοῖς ἐφεπόμενος . . . ἠπείγετο φθάσαι προκαταλαβὼν, ἣν ἂν δύναιτο, πόλιν. Καὶ πρὸς μὲν τὴν Λυχνηδὸν *) ἐπελθὼν ἀπεκρούσθη, ἐπὶ ἰσχυροῦ κειμένην, καὶ πηγῶν ἔνδον πλήρη, καὶ σίτου προενόντος. Ἀναστὰς δὲ ἐκεῖθεν τήν τε Καρπίαν (l. Σκαμπίαν) αἱρεῖ, **) τῶν οἰκητόρων πάλαι ἐκλελοιπότων, καὶ ἐξ αὐτῆς ὁρμήσας Ἐπίδαμνον λαμβάνει. His auditis Zenonis oratores, Thessalonicae morantes, ea, quae Theodoricus fecerat, improbant, deinde Edessam, hinc Lychnidum veniunt. Τῶν δὲ ἐκ τῆς πόλεως τῶν ἐν ταῖς ἀξίαις (παλαιόπλουτός τε καὶ αὕτη καὶ εὐδαίμων ἡ πόλις) καὶ τῶν ἄλλων ἀπαντησάντων, εἰσέρχονται ἐνταῦθα. Iamque Adamantius, legatorum s. oratorum unus, Dyrrachium (Epidamnum) mittit ad Theodoricum: veniat ipse in regionem Lychnidi de rebus agendis; vel ipsum (Adamantium), data per Theodoricum fide, Dyrrachium venturum. Theodoricus obsides mittit ob iter Adamantii, eosque Scampiae (ἐν Σκαμπίᾳ) subsistere iubet. Post quasdam transactiones Adamantius λαβὼν στρατιώτας διακοσίους, δι' ὄχθων τε ἀβάτων καὶ ὁδοῦ ἀδήλου μὲν τοῖς πολλοῖς, στενῆς δὲ καὶ ἀτριβοῦς, καὶ τότε πρῶτον ἵππους, ὡς ἐλέγετο, δεξαμένης, ἀφ' ἑσπέρας ὁρμήσας καὶ κύκλῳ περιελθὼν, ἔρχεται εἰς φρούριον Ἐπιδάμνου πλησίον, ἐπὶ λόφου ὑψηλοῦ κείμενον, καὶ ἄλλως ἄμαχον, ᾧ φάραγξ ὑπέκειτο βαθὺς, καὶ παρὰ τὴν φάραγγα ποταμὸς βαθὺς ἔῤῥει. Ibi Adamantius cum Theodorico colloquitur: is Epiro excessurum se pollicetur, inque Dardaniam concessurum (repetenda igitur erat via, quam ante fecerant Gothi). Quo tempore haec agebantur, Sabinianus, alter Zenonis imp. legatus, Lychnidi commorans, multas copias contraxit. Ei tum forte nuntiatur, ὡς οἱ βάρβαροι (Gothi, ex Illyrico reduces Dardaniamque petentes) καταφρονήσαντες σχολαίτερον κατίασιν ἀπὸ τῆς Κανδαβείας (inter quos multi currus, atque Theodorici fratrisque eius mater). Spem esse, hos capi posse. Ὁ δὲ (Sabinianus) τό τε ἱππικὸν μεθ' ἑαυτοῦ συντάξας, καὶ πεζοὺς οὐκ ὀλίγους κύκλῳ διὰ τῶν ὀρῶν περιπέμψας.. ἀφ' ἑσπέρας ἐχώρει. Postero mane Góthos ex improviso adoritur. Gothus Theodimundus et mater eius ταχὺ διεκπεσόντες ὑπέφυγον ἐς τὸ πεδίον, καὶ τὴν γέφυραν, καθ' ἣν ὑπερέβησαν, εὐθέως ἀνελόντες, ᾗ φάραγγι βαθείᾳ ἐπέζευκτο, μέσης οὔσης τῆς ὁδοῦ, τὴν δίωξιν ἐκείνοις ἐπὶ τοὺς

---

*) Superius aevum scripserat Λυχνιδός. Mannerti (geogr. VII. 414.) Λυχνοὺς, οὕτως, apud Strabonem, ut idem tradit, non deprehenditur.

**) Male ibi versio latina: *diruit*. Scampia (Scampa) capta tum fuit, non diruta. Vide sequentia, ubi (est annus 519) Scampina civitas statum satis amplum beatumque prae se ferre videtur.

καταβάντας ἐποίησαν ἄπορον, καὶ μέντοι καὶ τοῖς ἑαυτῶν ἀδύνατον τὴν φυγήν, ὥστε πρὸς ἀπόνοιαν ὀλίγοι ὄντες ὁμόσε τοῖς ἱππεῦσιν ἐχώρουν. Ibi Sabinianus multos Gothorum occidit, multo plures cepit. Deinde curribus aliquot, quos difficile erat *per tot praerupta loca* agere, *in monte* incensis, Lychnidum revertitur. Post hanc Graecorum perfidiam bellum cum Theodorico redintegratur.

Integrum fere Malchi locum apposui, perquam memorabilem, tum eorum gratia, qui cum nostro quandoque libello in haec deserta venient scrutaturi, tum ob partium singularum viae illustrationem, quam infra praestabimus.

Paulo post, imperante Anastasio (a. 491—518.), dein Iustino I (a. 518—527.), iterum occurrit viae Romanae memoria. Ea tempestate pontifices Romani non rarum commercium cum aula Byzantina habebant, maximopere ob Acacii haeresin, quam multis Cpolin missis legatis rescindi ab imperatoribus Graecis volebant. Ii legati ab Aulone, e meridie Apolloniae sita, venientes, per Scampinam civitatem Lychnidum, hinc Thessalonicam, postremo Cpolin proficiscebantur, manifesto usi via Egnatia, et primo quidem ea parte minus trita, quae ex Apollonia ducit Clodiana, hinc tritiore per Candaviam. Audiamus Hormisdae, papae Romani, legatos, ad hunc ex ipso per Candaviam itinere scribentes. Exemplum suggestionis secundae Germani et Ioannis episcopi, Felicis et Dioscori diaconorum, et Blandi presbyteri, ad papam Hormisdam (Conciliorum Tomus X. Paris. 1644. p. 514.): *In civitate Aulonitana quo ordine . . pervenimus* (a. Ch. 510.) . . *in alia epistola* *) *beatitudini Vestrae significavimus. Quod in Scampina civitate factum est, vestris orationibus tacere non permisimus. Antequam nos ingrederemur in civitatem, venerabilis Troius* (l. *Troilus*) *episcopus cum suo clero vel* **) *plebe in occursum nobis egressus est . . Nobis praesentibus vel suo clero et nobilibus viris ipsius civitatis . . praesente omni clero vel plebe . . Erat conventus in basilica S. Petri . . prope omnes cum cereis viri cum mulieribus, milites cum crucibus in civitate nos susceperunt. Celebratae sunt missae . . Istam* (hanc) *epistolam ante XXX milliaria a Lignido* ***) (l. *Lychnido*) *fecimus, sperantes, ipsa die in eadem civitate . . pervenire . . Scampinus episcopus . . civitatis Lignidi episcopum . . Scampis nobis positis . .* Tertia suggestio legatorum supra memoratorum (ibid. p. 516.): . . *De Scampina civitate . . cum Dei misericordia venimus Lignidum . . ipsius civitatis* (Lignidi) . . Exemplum relationis Andreae episcopi

*) Quae periit.

**) I. e. *non solum cum suo clero, sed etiam plebe.* Non aliter *aut* apud Tacitum (ann. 1, 8. 16. 2, 30. 47. 3, 63. 4, 35. 47. 15, 48. hist. 1, 77. 4, 71) vim copulativam habet. Sic etiam *vel* apud Tacitum hist. 2, 8. In his *aut* (*vel*) idem est quod *partim.* Adde Nostras observationes sub finem horum Prolegomenorum, ubi de expeditionibus cruciatis sermo habebitur.

***) Eam Lychnidi scriptionem, vulgarem puto, ante inveni in epistola 2 Gelasii I papae (Conciliorum Tomus X. p. 93.). Inscriptio epistolae: *Ad Laurentium de Lignido episcopum.* Regnavit Gelasius ab anno 492.

Praevalitani (ibid. p. 516.): *Scampinus episcopus . . in Scampina civitate . . et videntes Lignidonenses, quod fecit Scampinus etc.* Suggestio Dioscori diaconi (ibid. p. 521 sq.): *Quid in Aulone sit actum, quid Scampis, quid Lignidi fuerit subsecutum, anteriore significatione suggessi. Ad Thessalonicam pervenimus.*

Iustiniani aevo viae nostrae memoria non occurrit; quod vix mirum. Tum enim exercitus Romani, adversus Gothos in Italia agentes missi, per vallem Hebri Serbiam hodiernam petebant, deinde iuxta Savum Dravumque in Istriam veniebant.

Insequentium quoque temporum historiam de via Egnatia tacere video: est aevum Slavorum, a quibus, imperante Mauritio et sqq., plurimam Macedoniae partem occupatam esse constat. Quantum commercii isto tempore inter Constantinopolin Dyrrachiumque in via Egnatia occidentali exercitum fuerit, neminem scire puto. Si fuit, rarum certe fuit. Barbari enim terras tenebant, per quas via ducit. Quid? quod partem quoque viae orientalem, circa Strymonem et Christopolin (Caválam), ab iis obsessam aliquamdiu fuisse video; de quo v. Nos in prolegomenis Thessalonicensium p. LXXXVI sqq.

Pergo ad Bulgarica. Devictis seculo VII. Slavis Macedonicis (Thessalonica, prolegom. p. XCIII sq.), via inter Byzantium Thessalonicamque iterum patefacta fuit: num etiam via inter Thessalonicam et Dyrrachium, non liquet. Namque historia Macedoniae superioris Illyricique isto aevo, si quid aliud, obscura et manca est. Venere brevi post Bulgari, a quibus ad oram paludis Lychnitidis regia Achris s. Achrida (Okri) condita fuit, in cuius vicinia aliam quoquo eorumdem regiam occurrere video, Prespam. Ii tenuere plurima Macedoniae Illyricique, modo pacem cum Graecis agentes, modo bellum (Cameniata c. 6., ad calcem Theophanis, ed. Bonn. pag. 495 sq.). Bulgaria tum a Thessalonica prope abfuit; immo Bulgarica tum fere tota fuit, ut nunc maxime. Finem Bulgarico regno Basilius Bulgaroctonus imposuit. Is a. 1015 Edessam (Bodina) cepit, urbem Macedonicam a Bulgaris tum habitatam, quorum partem in montes Mosynopolitanos prope Hebrum inferiorem transtulit; deinde per urbem Ostrobam planitiemquo Pelagoniae Achridem petiit, quam eodem anno expugnavit (Cedrenus p. 709. 710. ed. Paris., p. 460. Vol. II. ed. Bonn.). Bulgarorum plena debellatio incidit in annum 1019. In his bellis via Egnatia Graecos usos esse patet.

Eiusdem seculi XI. fini assignanda est Basilacii, praefecti Dyrrachini, rebellio, qui a Dyrrachio profectus, per urbem Achridam Thessalonicam venit, unde Constantinopolin pergere in animo habebat. Vide Annam Comnenam libro I, 7. Vol. I. p. 38 sqq. ed. Bonn., coll. Scylitza ad calcem Cedreni ed. Bonn. Vol. II. p. 739. Alexius, Adrianopoli Thracica tum degens, contraque eum missus, iter ab Hebro inferiore tritum et vulgare habuit in via nostra antiqua. Cum vero prope ad Strymonem venisset, via publica relicta (volebat Basilacium Thessalonicae agentem latere), ad septentrionem et occidentem (per vallem Philippensium puto) deflexit, Strymonemque (prope Serras) transgressus, in valle fluvii Strumnitzae, qui ab occidente in Strymonem influit, per-

rexit. Dein, faucibus inter Strumnitzam montemque nigrum (Μαῦρον ὄρος), superatis, ad Bardarii medii alveum venit; hinc in eadem valle contra Basilacium descendit, eumque haud procul a sinu Thermaico devicit, coll. Nicephoro Bryennio 4, 18 seqq. Postea in via publica Constantinopolin rediit, brevi post purpuram sumturus. De hoc bello vide Nos in Thessalonicensibus p. 290 sqq.

Venio ad historiam Normanno-Byzantinam, sive eiusdem Alexii I., Ioannis, deinde Manuelis, postremo Andronici atque Isaacii Angeli imperium (a. 1081—1185).

In annum 1081 sqq., s. Alexiani imperii primum, incidit prima Normannorum Italicorum expeditio Graeca, duce Roberto. Contra eos Alexius proficiscens Thessalonicam venit (Anna Comn. IV, 4. Vol. I. p. 199. ed. Bonn.); inde cum copiis suis fluvium Charzanem assequitur, hinc S. Nicolai fanum, prope ad Dyrrachium. Qua via inter Thessalonicam Dyrrachiumque usus sit, Anna non aperit. Charzanis enim fluvii locus in ambiguo est, quum aliis idem sit quod *Genusus* veterum (Albanorum fluvius *Scombi* s. *Tobi*, ab urbe vetere, puto, *Scampa* dictus), qui a Deabeleos (Devol) montibus descendit; aliis fluvius *Beratinó* s. *Ergent* (veterum *Apsus*), e meridie Genusi fluens; aliis aliquanto melius *Panyasis*, proxime (sic volunt) ad Dyrrachium. *) Fugatur Alexius (proelii locum non significat Anna), et per multas montium ambages *Achridem* venit, in ultima saltem itineris errorisque parte via usus Egnatia. In eorum gratiam, qui postero tempore loca ista visitabunt, appono Annae verba (libro IV, 8. ed. cit. Vol. I. p. 221.): *Ὁ δὲ βασιλεὺς τοὺς ἑλιγμοὺς τῶν παρακειμένων ὀρῶν καὶ πᾶσαν τὴν δύσβατον ἀτραπὸν ἐν δυσὶ νυχθημέροις διεξελθὼν, καταλαμβάνει τὴν Ἀχρίδα. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τὸν Χαρζάνην διελθὼν, καὶ μικρὸν περὶ τὴν καλουμένην Βαβαγόραν* **) *ἐγκαρτερήσας (τέμπος δ' αὐτὴ δύσβατόν ἐστι).. ἐξεφλέγετο* (maxime doluit de clade sua suisque occisis). Hinc (ab Achride) Deabolin se confert, in superiori valle Genusi sitam, ubi reliquiae exercitus convenire iubentur (Anna Comn. V, 1. p. 224. ed. cit.). Videmus, Alexium Lychnidi (Achride) reliquisse viam Egnatiam, atque aliam elegisse, quae per vallem Biklistae Castoriam ducit, occidentalis Macedoniae urbem. Posterior via in iis, quae deinceps narrabuntur, tam crebro occurrit, ut aevo medio magis adeo frequentata fuisse videatur, quam via vetus, ab Achride Monasterium Edessamque (Bodina) ducens. Insequenti anno (1082) denuo victus in Illyrico Alexius per Strugas (Stronga) venit Achridem, hinc ad Bardarium tendit, procul dubio usus Egnatia (Anna Comn. V, 4. p. 239.) Paulo post alia sequitur Alexii clades Il-

---

*) Meletio (Geogr. Vol. II. p. 252) Panyasis (Panyassus) idem est quod Spirnatza, e meridie Dyrrachii.

**) Pagum *Baboga* (sic) habet tabula geographica Lapiei, ab oriente Dyrrachii, e septentrione Genusi (Scombi). Vide tamen Nos deinceps.

lyrica: Normanni Achridem urbem occupant, arce resistente. Hinc Ostrobam vano successu tentant, eam puto Ostrobam, quae Edessae (Bodinis) vicina est ex occidente: Annae enim narratio hoc suadet (Anna l. c. p. 241). De Ostroba, Sosco aliisque urbibus Macedonicis ibi memoratis videatur Georgius Pachymeres in Michaele Palaeologo 2, 11. Cantacuzenus 4, 19. Normanni igitur via antiqua usi sunt, quae est inter Achridem et Bodina: suadet hoc Ostrobae post Achridem mentio. Ultra Edessam (Bodina) tum non progressos constat: dextrorsum in Thessaliam deflexere, ubi bellum continuatum fuit circa Larissam et Tempe.

Anni 1097 est Normannorum, duce Boëmundo et Tancredo, expeditio cruciata, per regnum Graecorum instituta. Illi Dyrrachio egressi, non via vulgari *) per Achridem et Monasterium (Heracleam s. Pelagoniam) in Macedoniam venere, sed alia, satis erronea. Eorum iter aliquid contribuit ad geographiam medii aevi illustrandam; quare animus est, ex istis annalibus quaedam repetere. Fulcherius igitur Carnotensis in Gestis peregrinantium Francorum cap. 3. ad annum 1097 (utor editione Bongarsiana): *Ante urbem praefatam* (*Duratum*, i. e. Dyrrachium) *postea perreximus. Itaque* ***Bulgarorum*** *regiones, per montium praerupta et loca satis deserta, transivimus. Demonis* (l. *Daemonis*, i. e. *Deabolis* s. *Diabolis*, *Devol*) *ad flumen rapidum cum venimus omnes, quod sic ab incolis terrae vocitatur (et merito: vidimus enim in illo flumine diabolico quam plures, dum vadare pedetentim sperabant, torrentis impetu diro . . mersos repentino perire . .), tunc iuxta ripam castra metati sumus . . Montes vasti nobis undique praeerant . . Mane iter nostrum arripuimus, conscendendo montem, quem* ***Bagulatum*** **) *nuncupant. Postea vero, montibus postpositis, tan*

*) Fuit ea recta inter Dyrrachium et Constantinopolin via, claris verbis hoc monente Anna Comnena libro X. p. 289. ed. Paris.

**) Du Cangius ad Annae librum XII. (p. 388. ed. Paris.) hunc montem cum Bagora Theophylacti, Bulgarorum Archiepiscopi (epist. 65), confundit. Male, si quid aliud. Bagulatus mons inter Deabolin (Devol) Castoriamque locum habet, priori maxime imminens; Bagora Dyrrachio propior est, estque eadem puto cum Babagora Annae, coll. loco supra allato. Theophylacti, Bulgarorum Archiepiscopi, epistola 65., scripta instante Boëmundi Normanni expeditione (Opp. ed. Ven. Vol. 3. p. 699), haec habet: *Τὰ δὲ κατὰ τὴν Ἀχρίδα πάντα φόβου μεστά. Καὶ τὸ* [dele ἀπὸ] *τοῦ Μόκρου μέρος (ὁ δὲ Μόκρος τῆς Ἀχρίδος τμῆμα) παρὰ τοῦ δούλου καὶ ἀποστάτου* (Boëmundo Normanno foedifrago) *λελῄσται. Ἡ δὲ Βαγορὰ (ὄρος δὲ αὕτη πάμμεγα, καὶ τοῖς Βουλγαρικοῖς καὶ Δυῤῥαχινοῖς ὄρεσι μεσιτεῦον) πυρὶ τοῦ ἀντάρτου φυλάττεται.* Cognoscitur ex his, Achridem non solum urbem fuisse (veteris puto Lychnitidis loco), sed etiam ditionem: vocatur enim pars eius et sectio Mocrus, quam ego regionem ex occidente Achridis pono. Deinde montes Dyrrachini erunt regio montana, inter Dyrrachium atque Elbassanum intercedens (montes *Grabatz*). Bulgarici montes prope Achridem quaerendi sunt (i. e. Candavia veterum); Bagora vero, cum medio loco inter Dyrrachinos Bulgaricosque montes a Theophylacto collocetur, erit Scampis vicina,

dem pervenimus ad flumen, quod vocatur **B a l d a r i u s** (Bardarius, Axius). Ibidem cap. 4.: *Mora autem per quatuor dies ibi* (prope Thessalonicam) *facta, deinde Macedoniam transigentes* (l. *transeuntes*), *per vallem Philippensium, postque per Lucretiam et Crisopolin* (l. Chrysopolin) *atque Christopolin, ceteras quoque urbes, quae sunt in Graecia, Constantinopolin pervenimus.* Gesta Francorum et aliorum Hierosolymitanorum cap. 4.: *Hi omnes .. applicuerunt* ***B u l g a r i a e*** *partibus,* *) *ubi invenerunt nimiam abundantiam frumenti, vini et alimentorum corporis. Dein descendentes in* ***v a l l e m d e A n d r o n o p o l i,*** **) *exspectarunt gentem suam, donec omnes pariter transfretassent.* ***) *Tunc exeuntes inde, venerunt per nimiam plenitudinem de villa in villam, et de civitate in civitatem, de castello in castellum, quousque pervenimus* ***C a s t o r i a m.*** *Egressi de Castoria, intravimus* ***P a l a g o n i a m*** (l. *Pelagoniam*), *in qua erat quoddam haereticorum castrum* (Coïana s. Poliana Bardariotarum?), *quod undique aggressi sumus .. Combussimus castrum cum habitatoribus suis,* ***s c i l i c e t h a e r e t i c o r u m c o n g r e g a t i o n e.*** *Postea pervenimus ad fluvium Bardarum.* †) Ibid. cap. 6.: *Deinde* (a Thessalonica) *venimus ad quandam civitatem, quae dicitur* ***S e r r a*** (ergo deflexerant a via recta). ††) Ibidem: *Deinde pervenimus de castello in castellum, et de villa in villam, ad* ***R u s a m*** *civitatem.* †††)

Genusoque (Scombi, Tobi) fluvio imminens, inter hunc puto et flumen Apsum (Ergent). Postremo vox antiqua *Bagulatus* (*Bugulatus*) in voce novitia *Biklista* conspicitur.

*) De hac Bulgaria (Epiro) v. Nos in Commentatione I. p. 27.

**) Hadrianopolin tabula Peutingeriana in medio fere illius vallis spatio, quam Apsus facit, locat. Huius urbis, ut Macedonicae (sensu lato Romanorum), non immemor est chronicon Paschale ed. Bonn. T. I. p. 63.: *Μακεδονίας Δυῤῥάχιον* (sic), *Θεσσαλονίκη, Ἀμφίπολις, Ἡράκλεια, Ἔδισα* (sic), *Πέλλα, Φίλιπποι, Κασάνδρεια, Λάρισσα, Ἀπολλωνιὰς* (l. *Ἀπολλωνία*, sc. Epiri), *Ἀδριανούπολις*. De hac vide Nos deinceps.

) Chronicon Alberici ad annum 1097 p. 151. edente Leibnitzio: *Boëmundus cum Tancredo .. per Bulgariam* ***A d r i a n o p o l i n *venientes transfretaverunt, et venientes usque Castoriam .. et inde per castrum Pelagoniam venerunt usque ad flumen Bardarum. Erat in Pelagonia castrum munitissimum haereticorum .. quo diruto radicitus ventum est ad flumen Bardarum.*

†) In scriptione Bardarii (Axii) mirum quantum variant scriptores medii aevi. Occurrunt formae *Baldarius, Bardal, Bardarius, Bardarus, Bardacus, Bardanus, Baudarus.* Plurimae librariorum vel etiam typothetarum incuriae tribuendae videntur. Egimus de quibusdam harum nominis formarum in Thessalonica nostra pag. 299—306.

††) Albericus ibid. p. 153.: *Interea Boëmundus cum suis venerat in civitatem Serram, ubi sufficientem habuere mercatum. Ibi Boëmundus cum duobus Corpalatiis* (l. *curopalatis*) *amicitias iniit. Itaque ad Serram dimisso exercitu* etc. De curopalatis, officio Byzantinorum aulico, adi Ducangium in lexico mediae et infimae Graecitatis s. v.

†††) De ea urbe egi in Commentatione II. p. 19., ubi eandem esse dixi cum urbe Turcarum Ruskiöi, prope Cypsela et Hellespontum.

Ultimam civitatem male *Susam* dicit Robertus Monachus in historia Hierosolym. libro II. p. 36., cum Gestis Francorum plane consentiens in reliquis. De hoc itinere Normannorum conferantur quoque: Baldricus archiepiscopus in historia Hierosolymitana ed. cit. pag. 92. Guibertus abbas in histor. Hierosolym. 3, 2. Anonymus in Gestis Francorum cap. 4. (qui montem illum inter Castoriam et Deabolin *Bugulatum* dicit). Guilielmus Tyrius 2, 13. Adde Gesta Tancredi principis cap. 4. (Muratori scriptt. rer. Ital. Vol. 5. p. 287). Vallis Hadrianopolitana apud scriptores modo allatos fere omnes occurrit: nomen traxit ab urbe Epirotica Hadrianopoli, de cuius situ ambiguo v. Wesselingium ad Hieroclem pag. 651., quem Gestis Dei per Francos Actisque conciliorum non usum video. Ex his enim, coll. tabula Peutingeriana, situs urbis fere intelligi poterat. Viatores illi, e Dyrrachio egressi, per vallem Hadrianopolitanam ad fluvium Deaboleos (Devol) venere, sc. per vallem fluvii Aoi (Voïussae) euntes; ex hac in vallem superiorem Genusi (Scombi s. Tobi) prope Voscopolin urbem transscenderunt. Ceterum Hadrianopolin sedem in mediterraneis habuisse, praeter tabulam Peutingerianam ex Actis S. Leucii (Lucii) ad XI. Ianuarium apparet, quem locum Wesselingius quoque attulit l. c. Superstes erat saeculo VI., coll. Hierocle p. 651, nec non seculis IX. X., coll. Novella Leonis Sapientis de thronis (Leuncl. ius Graeco-Rom. Vol. I. p. 98.); forsan etiam saeculo XI., quatenus id e scriptoribus a me allatis colligi licet. Istae terrae saeculo XI incolas Bulgaros habuere: urbium habitatarum nomina non deprehendi. Viatores tamen cruciati vino, frumento etc. in via sua abundabant; unde hanc, licet paulo longiorem, pro via per Candaviam electam fuisse puto. De Diaboli (Deaboli), dein de valle Biklistae, quae versus Castoriam in Macedonia occidentali ducit, v. Pouquevillii expositionem in Itinerario Graeco Ed. II. Vol. III. p. 24 sq. p. 38 sqq.

Antequam ad ulteriora progredior, Hadrianopolis urbs denuo inspicienda videtur, et quidem ob Boëmundi Normanni iter, immo errorem, diligentius definiendum. Urbem Epiri Hadrianopolin intus sitam fuisse, modo dixi. Verum ubinam? Audiatur Wesselingius ad Hieroclem (Itineraria p. 651.): „Instaurasse eam civitatem, et suo nomine insignem fecisse Iustinianum, ex Procopio [aedif. 4, 1.] novimus. Sedem habuit in mediterraneis, si Tabulae scriptae fides est. Nam Acta S. Leucii XI Ianuar. mari admovent: „*Tunc quidem navigantes*, aiunt, *diebus XV pervenerunt* [ab Alexandria Aegypti] *in civitatem Adrianopolin, et illic adhaesit sibi duos sacerdotes, Leonem et Sabinum, et inventa alia navi de Rhegio datoque naulo ascendit in eam, Hydruntumque pervenit . . . veniens Brundisiopolin . .* Neque enim dubium est, quin barbarus scriptor hanc intellexerit.“ Hanc eum intellexisse non infitior; quamquam in ora maris situm habuisse, ex Actis mihi consequi non videtur. Ex adverso fere Corcyrae insulae, licet intus, quaerendam esse, narrandi tenor Hierocleus suadet: *Μητρόπολις Νικόπολις, Δωδώνη, Εὔροια, Ἀδριανούπολις, Ἄππων* (sic), *Φοινίκη, Ἀγχιασμός* (Onchesmus), *Βούθρωτος, Φωτική, Κερκύρα νῆσος, Ἰθάκη νῆσος.* Iuxta Argyrocastrum quaerenda

esse mihi cum Ponquevillio (Voyage ed. II. Vol. II. p. 6. 7.) videtur. Eadem forsan est cum Drynopoli, ubi etiam vallis est eiusdem nominis, cuius fluvius e meridie illabitur in Aoum (Voïussam). Non aliud de Hadrianopoli nostra Leakio videtur in itinere Graeciae borealis Vol. I. p. 76. 77.

Iam vero si Hadrianopolis hanc sedem habuisse statuerimus (neque aliter censendum videtur), quid nobis de Normannerum itinere placebit? Nil aliud, quam fuisse illud mirifice erroneum, immo fere insipidum, ni a Graecis quibusdam, viae pnto ducibus, de industria deceptos esse putemus; quod posterius praestare multis videbitur. Recta via utentes Scampa veniebant, hinc Lychnidum, hinc vel Bitoliam, vel Deabolin. Et hanc quidem assecuti sunt, deinde Castoriam Macedoniae, per vallem Haliacmonis superiorem euntes. Sed quanam via? Insanis ambagibus. Egressi enim Dyrrachio, recta meridiem petentes Argyrocastrum venerunt, e septentrione Ioanninae; hinc adverso itinere electo, versus ipsum septentrionem profecti, initiumque Genusi (Scombi) juxta Deabolin assecuti, in Macedoniam occidentalem per Candaviae partes meridionales transcenderunt. Itineris eorum is revera tenor fuit, non alius, quanquam causam harum ambagum in obscuro esse video, ut tot alia geographiae Byzantinae capita.

Anno 1105 sqq. alia sequitur Normannorum contra Graecos expeditio. Alexius imp. Thessalonicam se confert, atque ex ea urbe bellum praeparat (Anna libro XII. p. 348). Reliqua narrationis parum contribuunt ad illustrandum hoc nostrae dissertationis caput. Bellum fuit diuturnum, in quo maximas Dyrrachii partes fuisse video, quod magno impetu Normanni oppugnabant. Alexius ea tempestate plurimum Thessalonicae versabatur, bellum Illyricum inde per duces suos administrans. Postremo per regionem Pelagoniam (i. e. agrum Castoriae) Deabolin se confert (Anna libro XIII. p. 386.), ibique artes contra Normannos, Dyrrachium obsidentes, struit. Facta postremo pax bellum cruentum diremit.

Reliquum Alexiani imperii tempus tutum a Normannis aliisque hostibus occidentalibus fuisse constat, neque aliter regnum Ioannis filii, qui ei successit.

Manuel (a. 1148—1180), huius filius, a Normannis quidem Siculis bello petitus fuit, ut avus Alexius I.; hi vero, non ultra Corcyram progressi, Graeciam potissimum tentabant, non Macedoniam. Manuel contra hos profectus in urbem maris Adriatici Aulonem venit; hinc per Pelagoniam veteris sensus (Monasterium) rediit, rebus Serbicis ex hac urbe animum intendens (Nicetas in Manuele 2, 6.). Serbiam (Dardaniamque puto) deinde intrat; unde redux urbem Pelagoniam repetit. Vides, imperatorem usum esse via Egnatia, quae inter Aulonem et Pelagoniam intercedit.

Anno 1185., sive vergenti imperio Andronici tyranni, deinde Isaacii Angeli initiis assignanda est ultima Normannorum contra Graecos expeditio, antecedentibus multo gravior. Dyrrachio capto Thessalonicam petunt, quam brevi obsidione expugnant (Nicetas in Andronico 1, 7 sq. Eustathius in narratione Normannica cap. 53 sqq.). Quo-

nam itinere inter Dyrrachium et Thessalonicam usi sint, scriptorum nemo memorat: nullo enim resistente per Illyricum Macedoniam intrabant; unde nil erat narratu dignum. Sed poterant duplici itinere ad sinum Thermaicum Thessalonicamque pervenire, sc. per Monasterium (urbem Pelagoniam s. Heracleam), vel per vallem Biklistae urbemque Castoriam; qua de re vide Nos in antecedentibus. Ceterum posterior eorum expeditionis pars, cum a Thessalonica Constantinopolin proficiscerentur, viam Egnatiam manifesto spectat: quid aliud? Occurrit enim apud scriptores Amphipolis ac Mosynopolis, quae urbs posterior medio inter Thessalonicam Constantinopolinque spatio sedem habuit. Per hanc Macedoniae Thraciaeque partem non alia via publica versus orientem duxit, quam Egnatia.

Eodem Manuelis imp. aevo Iudaeus Hispanus, Beniamin Tudelitanus, parte viae nostrae, quae sc. Thessalonicam et Caválam (Christopolin) intercedit, usus est. V. novam eius editionem, curante A. Ashero aliisque. Beroliui 1840. 1841. 2 Voll., ubi legendus commentarius Vol. II. p. 42. 43. Adde Thessalonicam meam p. 496—503. Eodem fere aevo per istas terras eum profectum puto, qui Lucianeam istam necyomantiam, Timarionis nomine inscriptam, exaravit, quae legitur in *Notices et extraits des manuscr.* Vol. IX. sect. 2. p. 125—268. Hoc dialogo aliquotios usus sum in Thessalonicensibus meis pag. 224—229.

Regnante Isaacio Angelo (a. 1185 sqq.) Bulgaros a Graecis defecisse constat: unde multa rerum Macedonicarum, Thracicarum, Illyricarum turba. Vias publicas ab istis barbaris ut plurimum obsessas clausasque puto, eas etiam, quae ex Illyrico in Macedoniam ducunt. Duravit hoc incommodum capta Constantinopoli a Latinis a. 1204., qui, praeter maris Aegaei litora nil fere possidentes, interiora terrarum raro, vel funesto eventu tentabant. Patuit tamen viae Egnatiae pars orientalis, qua Balduinum Flandrum imp., Bonifacium et Henricum imp. identidem usos constat, de quibus v. Nos in Commentatione II. pag. 26—29.

Postero tempore (saecc. XIII. XIV) viam inter Dyrrachium et Thessalonicam denuo apernere imperatorum Nicaenorum Byzantinorumque cum despotis Illyrici sive commercia sive bella.

Narrante Georgio Acropolita Graecus imperator (Michael Palaeologus) ab Edessa (Bodinis) Achridem venit, deinde redux alia via, sc. per Deabolin, Macedoniam repetit, venitque Castoriam. Ipse deinde Acropolita, legati munere fungens, Thessalonica egressus, Berroeam venit, hinc *via, quae Albanum ducit,* electa, Serbiorumque urbe a tergo relicta, Castoriam praetergressus, Achridem venit, hinc Albanum, postremo Dyrrachium (histor. cap. 67., coll. Nicephoro Gregora 2, 8, 2.). A Dyrrachio idem alia via (in Dardauiam) revertitur, sc. per urbem Chunabiam,*) Leoni quoque Sapienti

*) Georgius Acropolita cap. 67.: *Ἐξορμήσας γοῦν τοῦ Δυῤῥαχίου, καὶ διελθὼν τὰ τῆς Χουναβίας, καὶ τὸ ὄρος ὑπερβὰς, ὃ δὴ κακὴν πέτραν κατονομάζουσι . . εἰς τὰ περὶ*

memoratam in Novella de thronis (Leunclavii ius Graeco-Rom. T. I. p. 98.); hinc per montem quendam, nomine Mala Petra; Matem (hodie Mattia); Derbem (immo Debram, s. Dibram ad Drinonem nigrum, et quidem urbem Dibram inferiorem, quae dicitur *Dibre Post*); Cytzabin (*Critzovo* in Dardania, supra urbem Perlepe); Prilapum (*Perlepe*). Deaboleos Achridisque mentio apud Eundem deinceps saepius recurrit, ubi sermo est de bellis despotarum Epiri cum imperatoribus Graecis; quae brevitati studens omitto. Est vero, me iudice, Acropolita cum aliis scriptoribus istius aevi Byzantinis dignus, qui a futuro istorum desertorum viatore diligentius in ipso itinere legatur.

Seculo insequenti (XIV) Graecus imperator Andronicus II. copias e Castoria mittit Achridem (Cantacuz. I, 55), ipseque, eadem via usus, (per vallem Biklistae) Achridem venit (a. 1328). Anno 1336 idem per Thessaliam (i. e. Macedoniam pristini sensus) cum Turcicis copiis Dyrrachium proficiscitur (Cantacuz. 2, 32), incertum, qua via. In eo itinere equitatus nullum fere usum fuisse ob loca impedita, Cantacuzenus ibidem narrat additque, a temporibus Manuelis Comneni (a. 1143—1180) usque ad Andronicum Palaeologum II. (a. 1336) nullum imperatorem Graecum Dyrrachinos visitasse.

Sub finem seculi XIV pleraque jam Byzantini imperii Turcae occupabant; seculo XV victoriae suae coronidem imposuere, primo Thessalonica subacta (a. 1430), postremo Byzantio (a. 1453).

Isto tempore tum Graecos, tum Turcas plus semel Egnatia usos probabile est; verum scriptores Byzantinorum coaetanei (Chalcondylas, Ducas, Phrantza) eius rei mentionem claris verbis non habent, bellorum apices summamque rerum tangentes, non singula: et Cantacuzenus a. 1362 narrare desiit.

Verumtamen, ubi historia Byzantina exspirat, sc. seculo XV., ibi nova scriptorum series exoritur, qui istas terras (orientalem Egnatiae partem) sua qualicunque cura illustrarunt. Sunt autem hi: Bondelmontius, Belonius (Bellonius), Dapperus, Paulus Lucas, Chandlerus, Pocockius, Cousinerius, Pouquevillius, Felix Beaujour, Huntius, Clarkius, Leakius, Ernestus Zachariae. Praeterea Stephanus Gerlachius et Martinus Crusius, populares mei, sec. XVI. XVII. viventes, ad hanc geographiae partem locupletandam paucula scriptis suis contulerunt: eorum autem observationes seculum XVI spectant. Neque Turcicus ille

---

τὴν Δίρβην (l. Δίβρην) ἀφῖγμαι . . διὰ τῆς Κυτζάβεως παριών, ἐπὶ τὸν Πρίλαπον ἐγενόμην. Emendandus ex his Leonis Diaconi locus hist. 6, κ.: *Λέγεται γάρ, Μυσοὺς* (Bulgaros ἀπ[illegible] τῶν ὑπερβορέων Κοτράγων, Χαράρων καὶ Χουνάβων ὄντας, τῶν οἰκείων μεταστῆναι ἠθῶν. Ubi pro *ΧΑΡΑΡΩΝ* Hasius legit *ΧΑΖΑΡΩΝ*. Lenior mutatio erat *ΧΑΒΑΡΩΝ* vel *ΚΑΒΑΡΩΝ*, quos (Cabaros) habet Constantinus Porphyrog. de Administr. cap. 40. (coll. Engelio in histor. Ungar. I. 349., de Cabarorum et Magyarorum cognatione). Ex *Χουνάβων* Hasius extrudit *Κουμάνων*. Sed veterem scriptionem tuentur Leonis imp. et Acropolitae loci.

scriptor praetermittendus videtur, cuius historiam Turciae summariam Leunclavius latine edidit, nomine *Pandectes rerum Turcicarum;* ipsum vero scriptorem Leunclavius dicere amat praetorem Turcicum. Turcica huius compendii nondum ego vidi. Postremo alius Turca, modo memorato posterior, minimeque contemnendus, laudari debet. Est is *Hadschi Chalfa,* inter populares magna eruditionis laude florens, tum aliorum librorum (ii maximopere bibliographiam spectant), tum huius auctor: *Rumeli und Bosna,* geographisch beschrieben von Mustafa, Ben Abdalla, Hadschi Chalfa. Aus dem Türkischen übersetzt von Joseph v. Hammer. Wien 1812. Hoc libello Thessalonicensia Nostra et Egnatiana plus semel bono eventu usa sunt. *)

Horum scriptorum narrationibus non solum in his Egnatianis, verum etiam, et quidem potissimum, in Thessalonicensibus praeter fontes antiquiores innixus sum; unde ea, quae passim ex illis dedi, hoc loco repetere non lubet. Sunt tamen ex iis, quos examini submittendos esse puto. Ii (praeter Belleium) sunt Belonius,**) Paulus Lucas, Cousinerius, Felix Beanjourius, Clarkins, Ernestus Zachariae. Quorum primus, secundus et quintus totam Egnatiam, qua inter Thessalonicam et Cypsela patet, permearunt; bis Paulus Lucas. Reliqui ejus partem tetigerunt.

Egnatiae historia novissima scriptoribus modo memoratis fere solis debetur. Unde sequens tractatio hos prae ceteris consulet, reliquis tamen non prorsus praetermissis. Incipiemus a Bondelmontio et desinemus in Ernesto Zachariae, singulorum viatorum verba ipsa, si opus videbitur, diligenter reddituri.

Seculum XV. Christophorus *Bondelmontius.* ***) Is Florentinus ante Thessalonicam (1430) et Constantinopolin (1453) a Turcis captas maria Graeca visitavit inter annos 1414—1422. In insula Rhodo isto tempore versari solebat, in quam e singulis itineribus redire solebat, coll. Sinnero l. c. p. 20. Eidem Cretae insulae descriptionem deberi constat (Sinner l. c. p. 20). Macedoniam attigit in solo montis Sancti (Atho) litore, de cuius monachis haud male agit cap. 70 (ed. cit. p. 127 sq.). Thessalonicam bis memorat (cap. 70 — 72.); quanquam adiisse eam non videtur.

Montem Atho nos quoque tentavimus in Thessalonicensibus p. 63—65. p. 94—96., ubi conspectum quendam eorum dedimus, qui de monte Atho scripserunt. Ea vir eru-

*) De hoc scriptore v. Nos in Thessalonicensibus p. 3. not. 4.

**) Franco-Gallus *Belleius,* cuius Observationes de Thessalonica gallice scriptas in Thessalonicensibus meis recudendas curavi (p. 322 sq.), num via nostra unquam usus sit, immo ipsam Macedoniam peragraverit, cum Thessalonicae consulis Francorum generalis munere medio seculo XVIII fungeretur, ex Observationibus eius nondum extricavi.

***) Christophori *Bondelmontii,* Florentini, liber insularum archipelagi. E codd. Parisinis regiis nunc primum totum edidit, praefatione et annotatione instruxit Gabriel Rudolphus Ludovicus de *Sinner,* Helveto-Bernas. Lipsiae et Berolini, apud G. Reimerum. 1824.

ditissimus, Ernestus Zachariae, ICtus, respexisse videtur, quum suam montis Sancti egregiam descriptionem exararet. Hasio enim monente ostendit, quae ego de Braconnerii, Franco-Galli, schedis, qui in Atho monte satis diu versatus erat, monueram, minus hunc ipsum spectare, quam Villoisoni, viri summi, adversaria uberrima de monte Sancto, ibidem plane locorum conscripta, necdum edita.

De Braconnerio *) (apud Paulum Lucam *père Banconnier,* sic), e societate Iesu, vide Paulum Lucam in libro: Voyage du Sieur Paul Lucas, fait en M.D.CC.XIV etc. Vol. I. p. 38. Amsterdam MDCCXX.

Accedimus ad seculum XVI., e cujus decursu fere solus Belonius (Bellonius) memorandus esse videtur. Qui vir doctus, cum iter suum instituerat, magis disciplinam herbariam, zoologicam, metallurgicam spectabat, quam historiam cum archaeologia. Nihilominus operi eius alia quoque insunt, quae archaeologum cum geographo tangunt. Is enim Franco-Gallus viae veteri, quae Thessalonicam et Constantinopolin intercedit, plus fere diligentiae impendisse videtur, quam qui diu post has terras visitarunt. Belonium multi memorant; quotusquisque vero legit? Unde operae pretium esse duxi, verba eius, a Cusio Atrebate latina facta, quantum huc faciunt, repetere, addito, sicubi opus esse videbitur, Nostro commentario. **)

---

*) Pouquevillius (Voyage de la Grèce. Ed. II. Vol. I. praefat. p. X.) scribit *Braconier*, una *n*.

**) Les observations de plusieurs singularitez et choses memorables, trouuées en Grece, Asie, Iudée, Egypte, Arabie, et autres pays estranges, redigées en trois liures, par *Pierre Belon du Mans.* Reueuz de nouueau et augmentez de figures. A Paris, chez Guillaume Cauellat, a l'enseigne de la Poulle grasse, deuant le College de Cambray. 1555. Avec priuilege du Roy. Est is liber rarior bibliothecae academiae Tubingensis, cum antea fuisset antecessoris mei in cathedra philologica, Martini Crusii, b. m. viri. Is liber tum (27. Mart. 1564) constitit XI baciis, ligatura eius III baciis, quod sua manu scripsit M. Crusius. Idem in suo exemplari praemisit Indicem figurarum pictarum (immo seri incisarum): sunt autem XLIII. In fine M. Crusius e Belonio addidit indicem vocum barbarograecarum, satis multarum; quas unus Du Cangius omnes in Lexicon suum mediae et infimae Graecitatis receperit, investigare nondum vacavit. — Petri Belonii librum, minime contemnendum, a paucis tamen lectum, latinum fecit Carolus Clusius, Atrebas, hoc titulo: „Petri Bellonii Cenomani plurimarum, singularium et memorabilium rerum in Graecia, Asia, Aegypto, Iudaea, Arabia, aliisque exteris Provinciis ab ipso conspectarum Observationes tribus libris expressae. Carolus Clusius Atrebas è Gallicis Latinas faciebat, et denuò recensebat. Altera editio, longè castigatior, et quibusdam SCHOLIIS illustrata. Ex Officina Plantiniana Raphelingii. M.D.CV." Ex hac interpretatione Latina Belonii verba deinceps afferre lubebit. Scholia, quae Clusius aliunde accepta suae interpretationi affixit, historiae naturalis judices tangere videntur.

Observat. libro I. cap. 49.: „E monte Atho digressi ut Salonici proficisceremur, facile biduo istuc pervenimus. Salonici ingens est oppidum, celebre et opulentum, olim Thessalonica nuncupatum, cuius D. Paulus meminit: in Thessalia proxime Macedoniam sita est.“ *)

Idem ibid. cap. 50.: „Siderocapsa **) in Macedonia sita est, Serviae contigua: eumque esse locum, in quo Philippum Alexandri Magni patrem aureos Philippicos primum cudisse Diodorus scribit, puta cum Crenidas fodinas invenisset, atque eas excoluisset: namque refert, illa aetate singulis annis mille et amplius auri talenta reddidisse. Metallicae, quae nunc istic laborant, operae, magna ex parte Bulgari sunt. Vicinorum pagorum eo ad mercatum confluentes rustici Christiani sunt, atque Servianice et Graece loquuntur. Iudaei similiter istic adeo aucti, ut Hispanicam linguam quodammodo vulgarem reddiderint: etenim inter se versantes et sermones conferentes nulla alia lingua utuntur.“

Idem ibid. cap. 53.: „Ad radices vero montis alius est ingens pagus, Serine dictus,

*) In *Thessalia* sedem habere dicit, *proxime Macedoniam*. Eam veteris Macedoniae partem vel tum (sec. XVI) Thessaliam s. Thessalonicam dictam fuisse, post ea nemo dubitabit, quae a me exposita sunt in Thessalonicensibus pag. 30. 39. 43. Ubi vero Bellonii Macedonia quaerenda erit? Ex oriente huius Thessaliae, ad Strymonem flumen et ulterius; quamquam Strymon medio aevo singularis provinciae (thematis) nomen fuit, post quam, inde ab Hebro (Maritza), alia provincia venit, sc. Macedonia medii aevi, coll. Commentatione II. p. 33 sq. His tamen Bellonius paulo post ipse adversatur, coll. nota sq.

**) Siderocapsa in Chalcidice posita est, e meridie Stagirae rudernm, ad sinum Strymonium. Cousinerii tabula geographica ibidem locorum habet vocem „mines.“ Prope locum vicinum *Nisworo* has fodinas ponere videtur Ernestus Zachariae in itinerario suo p. 117., quod eodem redit. Nomen loci (ego legerim Sideroscapta, coll. voce graeca Σκαπτὴ ὕλη), fodinas ferrarias significare videtur, quanquam Bellonius ibi aurifodinas potissimum deprehendit. Ea metalla num hodiedum exerceantur, de his apud novitios viatores parum certi invenire memini. Siderocapsam turcice *Syrus* dici perhibet Leunclavius in Pandecte histor. Turc. cap. 44. Verum *Syrus* (*Sirus*) est *Serrae* (Seres), coll. Hadschi-Chalfa in Rumel. et Bosn. pag. 73. Jam si Siderocapsam Serviae contiguam esse dicit, e sequentibus hoc intelligi s. emendari poterit, ubi vicinorum pagorum incolas, eo ad mercatum confluentes, Servianice et Graece loqui narrat. Serbios autem variis hodiernae Macedoniae gentibus passim intermixtos esse constat, coll. Hadschi-Chalfa in Rumelia et Bosnia pag. 97. Quae vero de Philippo Macedone illas fodinas exercente Bellonius narrat, falsa omnino sunt. E Philipporum fodinis Philippus singulis annis mille talenta lucratus est, coll. Diodoro Siculo 16, 8. Judaei ibidem locorum habitantes sunt Hispani, qui fine seculi XV sq. patriam suam ob regum christianorum saevitiam reliquerunt. De his Macedoniae recentioris Judaeis v. Nostra Thessalonicensia pag. 168. 169. Postremo Siderocapsam aliasque fodinas, prope Bolben sitas, invicem diversas esse, ibidem docui pag. 267. 268.

a quo mare, veteribus **Chalcis** appellatum, duntaxat quadrante miliaris distat: portus istic est satis tutus carinis, in imo litore eiusdem sinus, **Chalcis** nomine dicti. *)

Lacus, illis vulgari nomine Peschar vel Couios dictus, solummodo duorum dierum a Saloniki, et dimidii diei itinere a Syderocapsa distat. **)

Cum valles eius provinciae humidae sint, et regio sit montana, omnes capillares herbae, Asplenon, Lonchitis altera, Cotyledon etiam, et reliquae, quae humiditate gaudent, libenter innascuntur."

Idem ibid. cap. 55.: „Mari iter facientibus e Syderocapsa in Cavalla urbem,***) quae antiquitus Boucephala †) dicebatur, dimidio duntaxat die opus esset: sed terrestri itinere proficiscentibus duo integri dies insumendi, diuque maris litus legendum: nam iter instar arcus inflexum, quoniam sinus profundus est, **Chalcidis** sinum et Strymonium continens. Herbis et fruticibus abundat.

Mare nobis ad dextram erat, et Continens ad laevam. Interdum superandi fuerant colles exigui, in quibus Terebinthi in celsas arbores non excrescunt, ut in Corcyra insula; sed ob regionem asperam et saxeam....

Rivum, †) qui e lacu Peschar, aliter Couios dictum, fluit, transivimus sicco pede ad ipsum maris littus, quoniam media aestas vigebat, et aqua sub arena effluebat. In

---

*) Ad radices montis, ubi Siderocapsa, pagum *Serine* habet Bellonius, incertum quo loco. Quod vero de sinu Chalcide habet, id ulteriorem antiquitatem spectare videtur, coll. Aristotele de republ. 5, 2, 11 (ed. Schneid.): *Καὶ Ἀμφιπολῖται δεξάμενοι Χαλκιδέων ἀποίκους, ἐξέπεσον ὑπὸ τούτων οἱ πλεῖστοι αὐτῶν.* Idem ibid. 5, 5, 6.: *Καὶ ἐν Ἀμφιπόλει, ᾧ ὄνομα ἦν Κλεότιμος, τοὺς ἐποίκους τοὺς Χαλκιδέων ἤγαγε, καὶ ἐλθόντων διεστασίασεν αὐτοὺς πρὸς τοὺς εὐπόρους.* Ea Chalcidensium Amphipolitana colonia quando deducta sit, in ambiguo esse video, coll. Osanni inscriptt. Grr. pag. 22. Jamque verbis Aristotelicis diligentius ponderatis illum maris angulum, qui inter Strymonem et Stagiram patet, sinum Chalcidicum nuncupatum fuisse putabis, sc. partem maioris, Strymonii. An Bellonius eam Strymonii sinus partem Chalcidem (sinum Chalcidicum) dicit, quae sedem habet inter Atho montem et Stagiram cum fluvio, qui Bolben exonerat in sinum Strymonium? An eiusdem maris sinum illum maiorem, qui nunc dicitur *golfe d'Istillar*, prope Atho, coll. tabula Cousinerii geographica? Quod maxime mihi placet.

**) Lacus *Peschar* vel *Couios* est *Bolbe* veterum, turcice *Beschik*. V. nostra Thessalonicensia pag. 258. 263.

***) Cavalam (Cavallam) olim *Bucephala* dictam esse vult Bellonius, sonorum puto similitudine motus. Quamquam Stephanum Byzantinum antecedentem in his habere videtur, qui sic habet s. v. *Βουκεφάλεια· Βουκεφαλῖται. Οὕτως γὰρ καὶ δῆμος Θεσσαλονίκης.* Verum *Thessalonica* huius loci idem est quod *Thessalia* medii aevi, i. e. Macedonia vetus (Thessalonica pag. 23., ubi Stephani vocem *Θεσσαλονίκης* non corrigere debebam in *Θεσσαλίας*). Thema autem Thessalicum medio aevo non ultra Strymonem patuit. Cavalam igitur Stephanus spectare non potuit.

†) Significatur fluvius, per quem Bolbe lacus in sinum Strymonium exoneratur, te-

planitie substitimus ad eundem rivum sub umbra praecelsarum Terebinthorum, non procul a maris litore; et iam sub noctem piscatores invenimus, qui uno sagenae tractu circiter sexaginta piscium diversa genera (?) ceperunt, quos ilicò observavimus et descripsimus. Sinus monti Atho proximus, alias Strymonius dictus, adeo amplus est et altus, ut integro fere die secundum illum iter fecerimus: quo paulo post relicto, per continentem deflexímus versus urbem Tricala, olim Trica dictam,*) (ubi nunc sedes est Sangiac vel Praefecti Macedoniae), quae urbs nunc e primariis totius regionis est, in qua magna tritici quantitas invenitur ad naves onerandas, quae ad Strymonis ostium appellunt, a quo urbs non procul abest. Strymonis amnem, e Tricalae urbis conterminis fluentem, invenimus, qui multa nunc vulgaria habet nomina: nam, ubi in lacus exspatiatur, a pagis vicinis nomen sumit.**) Plurimi Cygni aliaeque aquaticae aves eiusdem magnitudinis, quas Aristoteles Pelecanes et Plinius Onocrotalos vocavit, istic conspiciuntur, in illo flumine alimentum sumentes. Lente tamen fluit,***) nec profundus est eius alveus, et humiles ripas habet; quam ob rem admodum herbosum est: tribulus aquaticus tanta abundantia istic nascitur, ut non abs re scripserint veteres, suo tempore equos istic ali solitos tribulis. Latum est nonnullis locis, in quibusdam etiam valde angustum. Eius cursus frequentibus cataractis retinetur, ut molas versare possit, quomadmodum in Galliae fluminibus fieri solet. Rotas autem aqua per alveum ducta non versat, sed similes iis, quas molae in Ligeri natantes habent, verum ex angustioribus asseribus confectas. Molitores Graece loquuntur.

Anguillae sunt insignis magnitudinis. Id flumen etiam M a r m a r a vocatur, quoniam magnum pontem ligneum habet sub pago Marmara,†) quem Ibrahim Bassa exstrui iussit, et quia ante pagum magnum est stagnum, eodem nomine Marmara dictum. Plurimae naves, veluti e Ragusa, Chio, e Graecia, Venetiis ac interdum ex Aegypto huius flu-

ste Thucydide 4, 103., ubi tamen eius nomen tacetur. Rechium Procopii (aedif. 4, 3.) esse, in Thessalonicensibus meis docui pag. 272 sq.

*) Hanc Macedoniae Tricam s. Tricalam alibi non inveni. Ut nostro loco, ita deinceps, ubi Cranonem habet, quae fuit vere Thessalica, in Thessaliae geographiam aberrat. Num loquitur de *Zigna*, Turcarum urbe, ex oriente lacus Cercinae? Id quod e sequenti itineris tenore verisimile esse videtur.

**) Varia Strymonis nomina novitia illustravi in Thessalonicensibus pag. 247. De eius navigatione v. Nos ibidem p. 247.

***) Bene sic Bellonius de lento Strymonis motu. Id tamen solum finem eius spectat sc. ubi e Cercine lacu effluens mare petit, coll. Thessalonicensibus pag. 246 sq., ubi etiam de anguillis Strymoniis quaedam monita sunt. Cataractae a Bellonio memoratae superiorem fluvii cursum spectant, coll. Thessal. pag. 247 sq.

†) Locum *Marmara* e septentrione lacus Cercinae cum ponte praebet tabula geographica Franco-Galli Lapie fol. VIII. De hac Bellonium cogitasse, itineris tenor suadet. Namque Marmarâ relictâ venit Serras, hinc Tricam (Zignam?), dein Philippos etc. Adde Commentationem nostram II. p. 9.

minis ostium ingrediuntur: et istic brevi tempore tantum tritici reperiunt, quo onerari possint. Advehunt vero merces earum regionum, unde solverunt, et ingresso fluminis ostio per integrum fere miliare, interdum bimestri haerent hiemali tempore: mercibus autem, quas advexerant venundatis, et tritico, lana aut coriis denuo oneratae, primo vere ad suos revertuntur. Rudera cuiusdam urbis *) ad Strymonis ostium conspiciuntur, quae nunc plane deserta est; rustici incolae Chrysopoli nominant. Plinius tamen Chrysopolim non procul Chalcedone ponit.

Conspectum deinde ivimus urbem, vulgo Ceres **) nuncupatam, veteribus Cranon, amplam in planicie Thraciae, et quasi in Macedonia sitam; in qua binos duntaxat dies haesimus; deinde ex Ceres in Tricala profecti sumus; a qua iter convertimus, ut in urbem Philippos veniremus, ad latus habentes magnum montem, vulgo Despota nuncupatum. Maxima planicies erat, frugum fertilis et alveis irrigata, multisque pagis exculta. Ad dextram Pangaeum montem reliquimus, in quo etiam nunc argenti vena eruitur. Omnes Tricala et Ceres incolae Graeca vulgari lingua utuntur; sed Iudaei, qui eas etiam incolunt, Hispanicum et Germanicum idioma callent. Rustici Graece et Serviane loquuntur.

In Philippos proficiscentes, et per fodinas Castagna iter facientes, intelleximus eas argentum duntaxat et plumbum dare, et interdum paululum quidpiam auri: eas solummodo in transitu conspeximus, nec ibi substitimus. Nullis locis a nobis ante peragratis viscum in Quercubus nascens unquam videre contigerat: sed iter facientes per silvam, quae est in planicie in extimo sinu Chalcis nuncupato, magna copia invenimus. Nulla quercus est inter montem Athon et urbes Ceres et Tricala secundum publicam viam, quae viscum non alat, ab eo, quod in malis, pyris et aliis arboribus nascitur, diversum, et ab omnibus rusticis Oxo nuncupatur: nam tenacissimum viscum ex eius baccis faciunt. Eius provinciae culta arva, praesertim, quae circa radices colliculorum sunt, plurimum corrumpuntur Paliuri et Rhamni fruticibus: qui, serpendo per cultum solum, multum loci occupant."

Ibid. cap. 56. „Duorum duntaxat dierum itinere ***) a Trica sive Tricala distant Phi-

*) Haec rudera veterem Eïonem spectare poterunt, in latere ostiorum Strymonis sinistro positam. De Chrysopoli veriora tradidisse nobis videmur in Thessalonicensibus pag. 499 - 503., ubi Amphipolin, Eïonem, Christopolin et Chrysopolin quatuor Macedoniae urbes diversas esse docuimus.

**) Quam *Ceres*, pejusque *Cranon* urbem dicit, ea ab urbe Macedonum *Serrae* non diversa est. De ea videatur Hadschi-Chalfa in Rumelia et Bosnia p. 73 — 75. Planities deinde laudata est campus Serrarum, qui usque ad Philippos patet, mirifica ubertate insignis. Castagnae fodinas paulo inferius attingam. Mons ibi memoratus Pangaeus Turcis nunc dicitur *Despoto-Dagh* (Despoto-mons).

***) Mirifica Bellonius narrat de viae discrimine inter Tricam et Philippos. Illam a Zigna

lipporum rudera, quae urbs nunc omnino corruit: vix autem trium dierum iter est a Philippis Philippopolin, amplam etiam urbem in Macedonia. *) Sed quoniam Macedonia fluvio Strymone includitur, Auctores in Thracia eam reponunt. Philippopolis antea *Πονηρόπολις* dicta est: quia vero Philippus Alexandri pater eam plurimum auxit, utramque suo nomine appellavit, unam Philippos, alteram Philippopolin. Philippi siti erant, ut et nunc, regia via, quae Roma Constantinopolim et in Asiam ducebat per continentem, non procul a Mari. At Philippopolis in continenti sita est. Regia via, Romanorum tempore, euntibus Roma Constantinopolim ducebat Brundusium; deinde trajiciendum erat Hadriaticum mare, et appellendum Velonam **) aut Dyrrachium; deinde Philippos proficiscendum erat, postea in Bucephala mare denuo conscendendum, et deinde in Alexandriam Troadis appellendum. ***) Biduo haesimus ad conspicienda Philipporum rudera, ubi nunc duntaxat pagus est, continens quinas aut senas aedes extra muri circuitum, apud aquam exstructas. †) Idem est Philipporum situs eademque structura, qualis in

---

vix diversam esse, supra docuimus. Esse tamen Anghista poterit, Philippis etiam propior. Ita non duo dies efficiuntur, sed tres quatuorve leucae, quae inter Tricam Philipposque intercedunt. Sed Tricam juxta Amphipolin colloca, quod ego vix concedam: tum habebis unius diei iter, non amplius, quo Bellonius e Trica Philippos pervenit.

*) Inter Philippopolin et Philippos majus quam duorum triumve dierum spatium intercedere, mihi persuasum est, coll. Paulo Luca, cujus verba paulo inferius citabo. Macedonicam urbem Philippopolin, Hebro adjacentem dicit, sive quod Philippum I Macedonem conditorem habuit, sive quod medio aevo omnis terra, inter mare Aegaeum Danubiumque, atque inter Hebrum Pontumque Euxinum sita, Macedonia dicebatur, coll. Commentatione II. pag. 33 sq. Ceterum Philippus I Macedo, Amyntae filius, Philippopolin condidit, coll. Stephano Byzantio s. v.: *Φιλιππόπολις, πόλις Μακεδονίας* (i. e. Macedoniae sensu medii aevi), *Φιλίππου, τοῦ Ἀμύντου, κτίσμα ἐν τῷ Ἕβρῳ* (l. *Ἕβρῳ* s. *Εὔρῳ*). Poneropolin (*Πονηρόπολιν*, maleficorum urbem) antea dictam fuisse, Plinius tradit H. N. 4, 11, 18.: *Inter quos* [Coeletas] *Hebrus amnis, oppidum sub Rhodope, Poneropolis antea, mox a conditore Philippopolis, nunc a situ Trimontium dicta.* Thraciae urbem *Πονηρόπολιν* Stephanus quoque Byz. habet, nil tamen addens de Philippopoli. Philippopolin antea *Πονηρόπολιν* revera dictam fuisse, vix crediderim. Statuo tamen, ab irrisoribus quibusdam Graecis Philippi coloniae hanc nominis notam inustam fuisse. Is enim rex in istam Thraciae regionem maleficos quosdam (metallorum causa?) transposuisse dicitur, coll. Strabone 7, 6. fin.: *Τὸ τῶν Ἀστῶν ἔθνος, ἐν ᾧ πόλις Καλύβη* (s. Cabyle, Goloë Byzantinorum), *Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου τοὺς πονηροτάτους ἐνταῦθα ἱδρύσαντος.* Asti autem Philippopoli vicini erant, quae ultima etiam Philippi dicebatur, coll. Malcho in Excerptis cap. 2. (p. 234. ed. Bonn.). Ex Actis S. Alexandri c. 2. idem evicit Wesselingius ad Itinerar. p. 568.

**) *Velonam* dicit B. Dicere debebat *Valonam* s. *Vallonam*, i. e. *Aulonem*, prope Apolloniam orae Illyricae.

***) Bellonio D. Pauli iter obversatum video Act. 16, 11 sq. (Commentat. II. p. 13). Ita tamen Egnatia inter Hebrum et Strymonem non tangebatur. Adde Galeni locum paulo inferius memorandum.

†) *Ad aquam.* Acta apostolorum 16, 18.:

Philippopoli. *) Nam Philippi magnam planiciem cingunt, et proximi montis partem usque ad ipsum fastigium, ubi murus desinit in arcem elegantis structurae in ipso monte sitam, quae cisternas adhuc integras retinet. Philipporum muri fere omnino diruti sunt, qui ex lateribus et calce constabant, et nonnullis etiam locis quadrato lapide, sed neque vallo neque fossa muniti. Hujus urbis meminit Galenus: nam cum Troia, quae tum Alexandria dicebatur, Romam proficisceretur, ea via, quam ante diximus, incessit. **) Lemno enim relicta, per urbem Philippos iter illi faciendum fuit, in plano sitam ab Orientali parte, montem vero ab occidente habentem, qui illi propugnaculi loco est. Planicies adeo humida est, ut quodammodo palus videatur:***) istic Althaea flavum fert florem, quemadmodum ea, quam Theophrastus apud Athenas Orchomeno lacu nasci refert. Cytisus frequens admodum est in Thraciae et Macedoniae pratis: quem neque Gallia, neque Italia alit. Nullus locus est, ubi maiora marmorea sepulcra conspiciantur, per agros sparsa, quam in Philippis: solido enim et puro marmore albo constant. Restant adhuc variis montis locis pleraeque inscriptiones rerum à Romanis gestarum, in marmore Latinis literis incisae. Insula Thasos dimidii diei solum itinere inde distat, ex qua eruebatur candidissimum et elegantissimum totius orbis marmor: atque arbitramur, marmorea illa sepulcra, per agros secundum publicam viam sparsa, †) ex Thaso fuisse delata. Inter illa vero nullum restat magis integrum, quam quod medici Alexandri fuit; in quo adhuc ejus epitaphium conspicitur, inscriptum charactere Graeco, sed ex parte corruptum Servianico; quae causa est, ut difficulter legi queat. Quemadmodum vero sepulcra unico constabant lapide excavato, binas orgyias longo, dimidiam orgyiam lato, atque humana longitudine alto, sic operculum habebant unico lapide constans. Excellentia et amplitudo urbis aestimari potest

---

Ἐξήλθομεν ἔξω τῆς πόλεως παρὰ ποταμόν. Num fuit Angites (Andschista), an Zygactes?

*) Philipporum et Philippopolis structura num rite comparetur, ego non affirmaverim. Situs tamen utriusque campestris haud absimilis dici poterat. De Philippopolis situ cfr. Stephani Gerlachii diarium Turcicum p. 505. Philipporum muros bene quoque Paulus Lucas illustrat, paulo inferius memorandus.

**) Galeni locus invenitur in commentatione de simplic. medicamvi libro IX, 2 (Opp. ed. Kühn. Vol. II. p. 172. Ed. Basil. Vol. II. p. 117.): ..*Ὡς γὰρ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας διαβαλὼν εἰς τὴν Μακεδονίαν, καὶ σχεδὸν ὅλην αὐτὴν ὁδοιπορήσας, ἐν Φιλίπποις ἐγενόμην, ἥπερ ἐστὶν ὅμορος τῇ Θρᾴκῃ πόλις, ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν πλησίον θάλατταν εἴκοσιν ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν ἀπέχουσαν στάδια κατελθὼν, ἔπλευσα πρότερον μὲν εἰς Θάσον ἐγγύς που διακοσίους σταδίους, ἐκεῖθεν δὲ εἰς Λῆμνον ἑπτακοσίους, εἶθ' αὖθις ἀπὸ Λήμνου τοὺς ἴσους ἑπτακοσίους εἰς Ἀλεξάνδρειαν Τρῳάδος.* Ergo Galenus quoque, summus seculi II post Chr. medicus, Egnatiae maximam partem peragravit. Macedonia enim tum temporis inter maria Adriaticum et Aegaeum boreale patuit.

***) De campo Philipporum palustri v. Nostra Thessalonicensia p. 261. Adde Commentationem II. p. 12.

†) Scilicet e more Romanorum.

magno illo sepulchrorum numero: nam antiquitus opulenti Graeci recondebantur marmoreis sepulchris extra urbem in apertis agris, ne urbis incolae pestilentem cadaverum odorem haurirent: Graeci etenim cadavera non urebant, neque terra sepeliebant, ut in Italia, utque nunc in Gallia solemus. Itali porro aliam sepeliendi cadavera consuetudinem jam habent, a nostra diversam: nam fornicatas cryptas variis templorum locis exstruunt, quae unicum in summo foramen habent, in modum oris putei fabricatum, quod unico orbiculari lapide claudunt: habet vero is lapis ferreum annulum appensum, quo, cum opus est, sublevari possit. Cum autem cadaver adfertur, in cryptam per foramen demittitur, nulla terra superinjecta: deinde foramen denuo clauditur suo lapide, calceque in circuitu munitur. Pagus est in planicie, quadrante miliaris a Philippis, nomine Bolisce, *) ubi ingens marmoreum saxum vidimus, cum hac inscriptione: *Neviae Musae in testamento*, quo alvei loco ad aquam e puteo excipiendam utuntur. **)

Paulo ultra Philippos secundum regiam viam ingens lapis est quadrangulus, erectus instar supremae partis obelisci cuiusdam, Latinis literis inscriptus, sepulchrum olim C. Vibii Cor. Quarti. Fabulosa quaedam de eo incolae narrant, equae Alexandri magni praesepium esse existimantes: per equam autem Bucephalus intelligendus est. Ad eum lapidem, uti rarum quidpiam conspiciendum, nos deduxerunt. Ingens autem et oblongus, erectus et summa parte excavatus. Urbs Bucephala, quae ab Alexandri equo nomen sumpsit, ***) vicina est, de qua postea. Philipporum rudera et ruinae non minus sunt admirandae, quam ullius alterius urbis. †) Sed id lapidum commoditati tribuendum iudicamus, cum ipsa marmoris fodina sive latomia ipsius urbis muris sit inclusa. Pulcherrimum istic est Amphitheatrum, quod in hunc diem integrum conservatum est: possetque in multos adhuc annos perdurare, nisi Turcae gradus, qui marmorei sunt, auferrent. Ovali forma non est exstructum, ut quod in Otricholi aut Roma conspicitur: sed sphaerica est figura veluti Nemausense aut Veronense: undique etenim clausum non est. Qua aditum praebet, meridiei objicitur, atque a summo ad solum usque apertum, lumen admittit. Loco admodum commodo exstructum fuit: nam in ipso monte variis locis gradibus marmoreis incisum est. ††) Antiquissima, quae istic restant, vetustatis monimenta sunt quatuor ingentes et crassae columnae, quae templi, Divo Claudio dicati, sunt

---

*) Hunc pagum alibi non inveni.

**) Hoc sarcophagorum veterum usu in hodierna Graecia et Macedonia nil frequentius, cuius exempla unus et alter viatorum affert.

***) Huius Cavalae nominis etymologiam superius (p. XX) explosi.

†) Recte igitur in Itinerariis Philippi *civitas* dicuntur (Itinerar. Hierosol. pag. 603.). Fuere colonia Romanorum. Acta SS. Apostolorum 16, 12.: *Φιλίππους, ἥ τις ἐστὶ πρώτη τῆς (l. πρώτης) μερίδος Μακεδονίας πόλις, κολωνία.*

††) Idem de variis Graecorum theatris traditur, e. g. de Bacchico Athenarum.

reliquiae, in quo conspiciuntur adhuc plurimae marmoreae statuae et columnae Dorici et Ionici operis, insignis structurae et summi artificii.

Nacti Caloierum *) e monte Castagna, Philippis discessimus, ut quatuor monasteria in eo monte sita conspiceremus. **)

Alit vero is mons Platanos, Fagos, Arbutos, Adrachnes, Ilices, Ariam, Alaternum, Abietes, Pinastros et Esculos. Cornus femina veteribus Macedonibus, quam Galli Latinos imitati Sanguineam fruticem appellant, haud minor in eo monte nascitur, quam maiores nostrae Corni mares."

Ibid. cap. 57. „Postquam biduo integro per eum montem iter fecimus, uno die et semisse ***) in urbem Cavallam pervenimus, quae olim, ante quam Alexander Bucephalam eam nuncuparet, Chalastrea ****) dicta fuit: nec Philippos nobis regrediendum fuit, sed ad sinistram reliquimus. †) Cavalla urbs est a Bucephalo Alexandri equo sic denominata. Plerique ex Plinii lectione in dubium venerunt, in qua potissimum provincia exstructa esset Bucephala. Nam cum Indum fluvium describit, Bucephalam, ait, caput fuisse Aseniorum, tres urbes incolentium, Alexandri regis equo (cui fuerat hoc nomen) ibi sepulto conditum. ††) Sed idem Graeciam describens, sub finem capitis, in quo de Achaia agit, Bucephalum portum esse ait, quem Anthedoni conjungit. †††) Mela etiam Graeciam, praesertim autem Macedoniam describens, Anthedonis meminit; et paulo post Peloponnesi sinus et promontoria recensens, Bucephalon ab Oriente numerat; ††††) unde liquet Bucephalon fuisse promontorium vel sinum. Sciendum porro est, Bucephalam Graeciae

---

*) *Caloierum*, i. e. *καλόγερον*, *monachum*, quasi *bellum senem*, usu Byzantino. V. Eustathii Opuscc. p. 225, 70. 236, 80. 247, 20. 80. Adde Du-Cangium in Lex. med. et inf. Graecit. s. vv. *καλόγηρος* et *καλόγερος*.

**) Quaenam haec quatuor monasteria montis Castagniae fuerint, non exponit. V. tamen Nos paulo inferius, ubi Pauli Lucae narrationem repetemus.

***) Ex illis monasteriis uno die et semisse in urbem Cavallam pervenisse refert, miro errore. Est enim inter Philippos et Neapolin (Cavalam quondam) intervallum CXX stadiorum (VI leucarum). Inter Amphipolin vero (si quidem illa monasteria ibi quaeris) et Neapolin unius diei iter est, immo minus.

****) Unde sua de antiquissimo Cavallae nomino (Chalastrea) Franco-Gallus hauserit, ego nondum extricavi. Macedonica Chalastra (sic legendum) prope Thessalonicam in ipsa Macedonia quaerenda est, non juxta Philippos. V. nostra Thessalonicensia pag. 277—279.

†) Bene sic Franco-Gallus. Adierat montes ex occidente Philipporum (Pangaeum, i. e. s. Despoto-Dagh, s. Punar, s. Castagna). Ergo Philippis a sinistra relictis per vallem Panacis fluvii (Thessalonica p. 498 sq.) mare petebat.

††) Plinius H. N. 6, 20. extr. 23.

†††) Idem H. N. 4, 5, 9.

††††) Pomponius Mela 2, 3, 6., ubi tamen significatur Anthedon Böotiae. De Bucephalo, Peloponnesiaco promontorio orientali, idem videatur 2, 3, 8.

urbem esse in promontorio sitam, quod in mare prominet, *) atque a Philippis duobus duntaxat miliaribus distare, **) et nunc amoenam habitationem praebere, tametsi paulo ante omnino deserta et diruta esset. Nam postquam Turcae, e bello Ungarico redeuntes, omnes Iudaeos, quos Budae, Pestae et Albae regali invenerant, abduxerunt, et in Cavallam, Tricalam sive Tricam, Ceres sive Cranon colonias deducere iusserunt, semper deinde habitata fuit: ut plures quam quingenti Iudaei, Graeci et Turcae nunc istic vivant. Eius situs Lemni urbis situi fere similis est: nam pari modo undique mari cingitur, praeterquam posteriore parte, admodum angusta. Magnum habet portum, sed male fidum, ***) quia frequentibus ventis expositus est: eam ob causam biremes, lembi et celoces (si diutius istic haerere debeant) subduci solent, urgente tamen necessitate naves in eo tempestatem quidem ferre possint, admodum tamen affligerentur. Plurimae etiamnum integrae cisternae supersunt intra urbis ambitum, quae nobis alias veteres Cretae ruinas in memoriam suggerebant, nomine Hellenico paillo (l. palaeo-) Castro, in monte sitas paulo supra Quissamus. Eae cisternae adeo tenaci rudere sunt exstructae, ut non minus marmoreo saxo sint duraturae. Cavalla una est e Macedoniae clavibus, uti Philippus dicere solebat, Magnesiam Graeciae esse clavem." †)

Idem ibid. cap. 58.: „Exstructus fuit aliquando validus murus supra Cavallam summo montis vertice, qui etiamnum integer conspicitur quadrante fere miliaris longus: certum est, eum Thraciam a Macedonia diremisse, hoc est, utriusque provinciae dominium. Nam Cosmographi Philippos et Philippopolim e Macedonia excluserunt: quae tamen urbes capita erant territorii Macedonum, licet cis Strymonem amnem sitae sint. ††) Murus ille, qui supra Cavallam iter praecludit, multis fornicibus constat, binasque interius meatus habet, illi muro fere similes, qui Romae a Divi Petri templo ad Hadriani molem sive S. Angeli arcem deambulacri in modum exstructus est. Extremum murum in summo montis vertice claudit crassa turris, quae propugnaculi vicem praebebat adversus Thraciam. Pauci sunt anni, quod Ibrahim Bassa aquaeductum restituit, à Macedoniae Re-

*) Hoc magis de Acontismate s. Cavala valet, quam de Neapoli, coll. Commentatione II. pag. 17.

**) Cavala et Philippi leucis invicem VI dirimuntur, coll. Galeno supra memorato pag. XXIV.

***) Cavala portum nullum vel male fidum habet, coll. Comment. II. pag. 17. Hoc secus in loco vicino *Leutere*, cujus portus eximius esse fertur. Et hunc locum a Neapoli quidam non differre statuunt. De his v. Nos in Commentat. II. pag. 14.

†) Cavalam omnes uno ore viatores Macedoniae claustrum (orientale) praedicant. De Philippo II. v. viros doctos ad Pausaniam 7, 7, 6 (Ed. Schubart. et Walz. Vol. II. p. 528 sq.).

††) Murus ille Cavallensis est opus Byzantinum, ad arcendos hostes exstructum. Nicephorus Gregoras 7, 6, 3.: *Πέμψας γὰρ* (imp. Andronicus senior a. 1307) *πρῶτον μὲν τὸ περὶ τὴν Χριστούπολιν μακρὸν ἔκτισε τεῖχος ἀπὸ θαλάσσης μεχρὶ τῆς τοῦ παρακειμένου ὄρους ἀκρωνυχίας· ὡς ἄβατον εἶναι τὸ χωρίον καθάπαξ μὴ βουλομένῳ τῷ βασιλεῖ τοῖς τ' ἐκ Μακεδονίας ἐς Θρᾴκην ἐθέλουσι διαβαίνειν, τοῖς τ' ἀπὸ Θρᾴκης ἐς Μακεδονίαν.*

gibus aliquando exstructum, per quem fons decurrit plus quam tribus inde miliaribus ad Cavallam urbem usque: scaturiginem enim habet in praecelso quodam monte, eiusque semper latera per canalem stringit, donec ad vallem quandam perveniat; quam ut superaret, praealtarum fornicum structura opus fuit, ut in urbem deduci posset: triginta enim orgyiarum altitudinem eae fornices superant. Ob summam porro huius aquae fontanae commoditatem admodum populosa reddita est haec urbs, quae ante deserta erat. Idem Bassa urbem etiam novis moenibus cinxit, in quibus lapides conspeximus Latinis literis inscriptos, eo quo Romani Graeciae dominabantur tempore. Unam inscriptionem, quae ad basim crassi cuiusdam muri erat, sic excepimus: *P. Hostilius P. S. L. Philadelphus petram inferiorem excidit, titulum fecit, ubi nomina cultor scripsit et sculpsit. Sac. Urbano. S. P.* Thasos insula, in qua olim triremium Alexandri statio fuit, duobus duntaxat miliaribus a Cavalla distabat."

Idem ibid. cap. 60.: „Bucephala Constantinopolim proficiscentes, alios in vertice Haemi montis muros invenimus (iis similes, qui supra Cavallam sunt), duobus milliaribus a Cavalla distantes, aditum ex Macedonia in Thraciam praecludentes.*) Inde in amplam planiciem descendimus, maris littori admodum vicinam, insulam Thason ad dextram habentes, et praecelsa Haemi iuga ad sinistram relinquentes, quae iam praetergressi eramus, nulla usquam conspecta Cupresso. Flumen superavimus, quod Graeci vulgari lingua Mestro, Turcae Charason,**) id est fluvium nigrum, nominant. Eius appellatio satis convenit cum flumine Mela, a quo sinui nomen impositum Melanico, de quo postea acturi: Melas tamen non est, sed Nessus, ex Haemo monte delabens, uti Strymon amnis: est autem is mons quasi propugnaculum quoddam inter Macedoniam et Thraciam, ab una parte desinens inter utrumque flumen. Lentus est Nessus admodum, et Strymone paulo minor;***) multam tamen arenam secum trahit, et in mare influens paulo supra Thason, vicinior ei insulae parti, quae Samothraciam spectat, quam ei, quae monti Atho objecta est. Strymon autem in mare suas undas exonerat inter Athon montem et Thason, et illi nomen dat; appellatur enim Strymonicus sinus. Pons supra Nessum exstructus ligneus est, uti, qui supra Strymonem amnem, sed illo brevior.

Idem 7, 6, 4.: *Ὡς ἀπόρευτος ἔσται αὐτοῖς ἡ πρὸς Θρᾴκην ὁδὸς, τοῦ πρὸ βραχέος ἀνεγερθέντος μακροῦ τείχους ἀποκλείοντος τὸ παράπαν αὐτούς.* Adde Du-Cangium ad hos Nicephori locos pag. 1209. ed. Bonn. Hanc igitur munitionem fere integram Bellonius seculo tertio post visitavit.

*) Hoc quoque opus Byzantinum esse, ex antecedenti munitione rite consequi videtur.

**) Turcice Karà-Son (nigra aqua). Eâ denominatione fluviorum nil frequentius.

***) De hoc fluvio (Nesto) videatur Theophrastus in hist. plant. 3, 1, 3 (p. 68. ed. Schneider.): *Ἄλλαι δὲ ὁμολογούμεναι καὶ ἐμφανεῖς* (sc. causae generationum silvestrium), *οἷον ὅταν ἔφοδος γένηται ποταμοῦ παρεκβάντος τὸ ῥεῖθρον, ἢ καὶ ὅλως ἑτέρωθι ποιησαμένου, καθάπερ ὁ Νέσσος ἐν τῇ Ἀβδηρίτιδι πολλάκις μεταβαίνει, καὶ ἅμα τῇ μεταβάσει τοσαύτην ὕλην* (tantum silvae) *συγγεννᾷ τοῖς τόποις, ὥστε τῷ τρίτῳ ἔτει συνηρεφεῖν* (arboribus contegat).

Sub salicibus ad extremum pontem substitimus, ut nostra jumenta paululum conquiescerent, et ex his carnibus comparavimus, quas longo sapidiores judicavimus, quam si frustatim concisae assatae fuissent. Sumpto prandio, satis longum iter confecimus: nam in urbem Bouron (quae vetustum nomen adhuc retinet) pervenimus.*) Sita est apud eum lacum, qui Bistonis appellatur. Iter fecimus per planiciem valde herbosam, Cytiso, Halimo et Rhamno (qui a Grossularia differt) tectam. Licet autem Halimus natura sua in fruticem ramosum sine spinis attollatur, uti in Creta; in hoc tamen prato, Capparis spinosae instar, humi diffunditur. Scordium herbam invenimus apud Bouron urbem, quae, cum in magna quadam et humida planicie non procul a lacu salso sita sit, cum Aigues mortes, Galliae Narbonensis oppido, comparari queat. Lacus Bouron sive Bistonis magnum ei regioni censum adfert. Nam istic sunt quaestuosae piscationes. Eius Aristoteles lib. VIII. de Hist. animalium cap. XIII. in haec verba meminit: Quin etiam maritimis lacubus genera plura piscium marinorum gigni apertum est, etc. statimque addit: Et in Bistonido lacu plurima genera habentur.**)

In exilem deinde pagum pervenimus, nomine Commerciuae, dimidii diei itinere a Bouron distantem; in eo omnis generis edulia venalia invenimus. Istic est ruinosa quaedam parva arx, in qua Graecorum Christianorum templum: pagus à Graecis et paucis Turcis incolitur.“ ***)

Ibid. cap. 61. „Postquam aliquanto tempore apud Commercinam sub Esculi et Ariae arboribus commorati fuissemus, per planitiem denuo progressi, relictis ad sinistram montibus, in alium pagum Cypsella †) appellatum pervenimus, quo de industria divertimus, ut Aluminis conficiendi rationem observaremus: triduo itaque et paullo amplius ad eius fodinam haesimus. Ubicumque alumen conficitur, id semper fit aperta vena, quia eius vena non est valde profunda: nonnullis tamen Cypsellae locis eius lapides sex orgyiarum altitudine eruuntur. Cypsella in Thracia sita est, et vulgariter partim graeco, partim turcico nomine Chapsylar dicitur.

Oppidulum Cypsella ad latus regiae viae est, quae a Dyrrachio Constantinopolim ducit, qua initium ascensus est in montem.“

Ibid. cap. 62. „Constantinopolim tendentes, montem subire incepimus: aliquantulum in altum progressi, nos obvertimus, ut iter, quod a Bistonido lacu emensi eramus, conspiceremus. Pagum Commercinam perspiciebamus in maxima planicie situm. Hujus planiciei iter regia via olim fuit, quae Roma Byzantium ducebat, magnisque lapidibus excisis strata erat. Nam a Bouron Commercinam usque, et inde porro ad Chapsylar, quoniam solum pingue erat, difficilisque via, eam Romani lapidibus sterni curarunt,

---

*) De hac urbe (Pori) v. Commentationem II. p. 19. 48. 49. 55.

**) Eum lacum illustravit Commentatio II. p. 55.

***) De urbe Commercina (Comotena, simil.) adi Nos l. c. p. 49.

†) Turcicum locum *Schapsilar* male cum Cypselis confundit. De loco priore confer

quae hodie etiamnum integra restat. Inde probare volumus, Romanos hac via olim Roma in Asiam profectos. Huc accedit, quod eius viae constratae structura tenuis fortunae cujuspiam hominis opus non sit: nam in directum strata est via: at nunc semitae modo ad dextram, modo ad sinistram sunt quaerendae, quoniam nonnullis locis in silvas caeduas penetrat, magnaeque arbores inter ipsa constrata saxa postea excreverunt. Conscendimus supradictum montem Serrium, qui nonnullis locis aditu admodum difficilis est, apparetque multis locis rupes cuneis atque aliis instrumentis excisa; quod sine magnis sumptibus fieri non potuit. Sed et ex hoc opere colligere licet, regiam viam Roma Byzantium ducentem olim frequenti hominum multitudine fuisse tritam.

Pervenimus deinde in pagum, verticem montis occupantem, a Graecis habitatum, ubi nobis sumendi fuerunt pedites viae indices, ne per montem oberraremus; in quo magna est abundantia ejus herbae, quam Galli perperam Saturciam hybernam appellant, inter saxa sponte nascentis."

Ibid. cap. 63. „Nullus est pons supra Marissam amnem exstructus, sed cimba trajiciendus. *)

E regione trajectus ad quartam milliaris partem reliquimus elegans oppidulum, nomine Vire, **) commodo admodum loco ad radices collis cujusdam situm, veteribusque muris cinctum. Hic amnis, nunc ab omnibus vulgo Marissa nuncupatus, olim Hebrus dictus fuit. Locorum huic amni vicinorum incolae aestate, quando fluminis alveus exiguus est, magnos arenae cumulos aggerere solent, non ignorantes in ea latere nonnulla auri grana; quos satis procul a fluminis ripa submovent, ne exundans flumen arenam secum abripiat. Aurum ab arena separaturi, asseres pertusos simul componunt, deinde fluminis aqua arenam eluunt: quodsi interdum nonnullam auri portionem inveniunt, id non fit sine magno labore et expensis atque temporis longitudine, sed nec sine argenti vivi adminiculo quidquam efficere possunt. Strymon et Nessus amnes in mare labuntur eodem ferme loco; unus videlicet ad infimam, alter ad summam insulae Thasi partem. Sed Hebrus ante Samothracen sese exonerat, quod Plinius etiam annotavit. Adeo lentus est hic amnis, ut, in utram partem fluat, judicari non possit. Turbida ejus est aqua, attamen dulcis, et media etiam aestate adeo frigida, ut glaciata videatur: multae myricae secundum ejus ripam proveniunt: frequentes habet maeandros, seseque incurvat uti Sequana inter Lutetiam et Pontoyse urbem. Tantum vero aquae hiberno tempore e montibus delabitur, ut rapidior fiat, et amplum quoddam inundet pratum, olim Doriscus nuncupatum, in quo Xerxes in Graeciam profecturus exercitum recensuit. Quoniam porro amplum illud pratum hieme instar paludum inundatur,

---

Hadschi-Chalfam in Rumelia et Bosnia pag. 69.

*) Ponte ibi Eurus (Maritza) jam medio aevo caruit, coll. Commeut. II. p. 52.

**) De Vera ad litus Maritzae dextrum prope ad mare v. Commeutationem II. pag. 51—53.

nulli in eo pagi aedificantur, sed aestate equorum armenta aluntur. *) Ipse Turcarum Imperator plures mille istic alit, neque privatorum e vicinis pagis minus quingentis eo agi arbitramur. Pratum enim adeo repurgatum est, ut neque talpae, neque mures, neque glires, neque aranei mures illud suffodiant, neque serpentes in eo inveniantur: hiberna nimirum inundatione omnes abigente."

Et haec quidem Franco-Gallus, Petrus Belonius, seculi XVI scriptor, qui iter suum orientale satis, ut vidi, praeparatus iniit; testis eorum, quae ipse vidit, locuples: reliquorum judex non plane contemnendus.

Inter eos viros doctos, qui de nostris regionibus scripsere, supra (p. XVI) recensui Dapperum, Paulum Lucam, Chandlerum, Pocockium rell. Ex his Dapperus, medicus geographusque Batavus, terras ab ipso descriptas ipse non visitavit. Praeter alia librum conscripsit, cujus titulus Franco-Gallicus: *Description des Iles de l'Archipel* etc. — Eo aliquoties usus sum, quum Thessalonicensia mea exararem. De Dappero, qui decessit a. 1690., videatur *Biographie universelle* s. v.

Orientem annis 1630—1636 lustravit Pocockius Anglus. Itinerarii titulus est: *Pococke* (Richard), A description of the East and some other countries. Vol. I. Observations on Egypt. Lond. 1743. Vol. II. P. 1. Observations on Palaestine. 2. Observations on the Islands of the Archipelago, Asia minor, Thrace, Greece and some other parts of Europe. Fol. In Thessalonicensibus meis usus sum hoc scriptore secundum versionem theotiscam annorum 1791—92 (3 Voll. cum figuris). Pocockius montem Atho cum Thessalonica Thessaliaque adiit.

Scriptoribus modo memoratis multo gravior est Franco-Gallus, Paul Lucas, qui nostram regionem primo peragravit anno 1705.,**) deinde anno 1714.***)

Prius ergo iter Paulus Lucas anno Christi 1705. instituit, neque tamen in antiqua ubique Egnatia. Primo enim Constantinopoli relicta Adrianopolin adiit; hinc per deserta Rhodopes Dramam Philipposque pervenit; postremo in via nostra Thessalonicam.

Audiamus Pauli Lucae priorem narrationem (Ed. Amstelod. Vol. I. p. 197 sqq.):

Cap. XXVII. „Le 11. [Jun.] nous passâmes †) la montagne de *Tourienne:* elle a au moins pour deux heures de chemin. Au pied est le Village de *Tosbour,* et trois heures après l'on trouve celui de *Hardes,* d'où prend son nom la *Hardeme,* Riviere que nous avons dit passer auprès d'Andrinople. Nous la côtoiâmens pendant cinq heures. Dans l'endroit où nous la quittâmes: elle est encore si petite qu'on peut la traverser d'une

*) De horum locorum pascuis videatur Commentatio II. pag. 39. 52. not.

**) Voyage du Sieur Paul Lucas, fait par ordre du roi dans la Gréce, l'Asie mineure, la Macédoine, Vol. I. A Amsterdam, MDCCXIV.

***) Voyage . . fait en MCCXIV etc. dans la Turquie etc. Vol. I. A Amsterdam MDCCXX.

†) In itinere inter Philippopolin et Philippos. Fluvius *Hardes* est veterum *Harpessus.*

enjambée; aussi est-elle voisine de sa source, auprès de laquelle nous allâmes faire nôtre Connac.

Le 12. nous partîmes à la pointe du jour: nous marchâmes l'espace de quatre heures par des montagnes fort difficiles et pleines de précipices. Arrivez au bord de la Riviere de *Carasou*,*) nous la passâmes dans une chaloupe; et nous marchâmes le reste de la journée dans une large plaine, qui nous conduisit jusqu'à *Drame.*

Egnatienne à la hauteur de Scampis pour se rendre à Margus, comme l'indique une inscription rapportée dans mon voyage (T. I. liv. III. ch. VI. p. 340, 341. Nr. 1.). Vous savez, Monsieur, que les Normands avaient pratiqué cette route dans leur expédition contre Alexis Comnène; en partant de Durazzo ils durent se rendre à Cavailha éloigné de 12 milles, de Cavailha à Pekini 10 milles, de Pekini à Bérat 27 milles. Ce fut sur la route d'Avlone ou plutôt d'Apollonie, qu'ils battirent les troupes impériales qui se replièrent derrière le Charzane, Ergent, ou fleuve de Bérat. Le point astronomique d'Apollonie étant connu (V. voyage ch. *Apollonie*), on trouvera que la station de l'itinéraire d'Antonin nommée *ad Novas* qui est de XXV milles, convient à Bérat. De *Novas* à *Clodianis* il y a XXXVI M. P. distance qui correspond à peu près à la position d'Elbassan XXII M. P.

Nous nous arrêterons un moment à ces rapprochements topographiques, afin d'expliquer la marche des Normands partis de Dyrrachium, pour se rendre à Thessalonique, sur laquelle Eustate garde le silence. De Dyrrachium à Elbassan les Latins eurent à parcourir 34 milles romains en suivant la ligne la plus courte et un cinquième en sus, à cause des circonflexions du chemin, ce qui porterait la marche à 39 milles, ou 13 lieues de 25 au degré. D'Elbassan ils durent franchir un espace de 22 milles, qu'il faut porter à 26 pour la raison qu'on vient de déduire, afin de monter à Scampis que nous croyons être la Cucuse des Arnaoutes (V. pour le cours et les différents noms du Genussus le liv. III. ch. IX. p. 385 de mon voyage) ils se trouvaient dans les hauteurs du mont Dgirad, point culminant des monts Candaviens. De ce point ils avaient 30, c. a. d., 35 milles à faire pour se rendre à Tribus Tabernis que je crois être Strouga. (V. Ann. Comnen. p. 122, 126, 135. Theophylact. archiepiscop. Bulgar. epist. 41, 10. Phocas in descript. terrae sanctae N°. 20.). Enfin, de Tribus Tabernis, il leur restait 6, c. a. d., 7 m. pour arriver à la moderne Ochrida. Nous spécifions cette indication, car de Strouga à l'ancienne Lychnidus ou Achrida, il y a plus de 36 milles. Jusque là nous marchons assez bien avec les itinéraires romains, et en additionnant la somme des distances depuis Dyrrachium jusqu'à Ochrida, on traverse au plus haut terme 107 milles ou à peu près 35 lieues, qu'on évalue en heures de Turquie de $19\frac{1}{2}$ au degré, à 29. h., c. a. d., à 4 Conaks ou stations environ. *)

---

*) Les Bysantins et quelques historiens des Croisades parlent souvent du Mont Bagora (v. Theophylacti ep. 65, in qua Boëmondi irruptionem in Illyric. narrat, tractum Achridensem regioni vel urbi conterminum *Μοκρὸν* appellatum testatur. Bagora mons dicitur Bagulatus a Fulcherio Lib. I. c. 3. in gestis Dei per Francos); il formait le point de séparation entre le bassin du Lychnitis lacus et le territoire de Dyrrachium. Anne Comnène nous montre Alexis I[er] vaincu devant Avlone par Robert, che des Normands, passant le fleuve Char-

Je no me dissimule pas que ces topographies à grands points sont vagues, c'est pourquoi nous allons vérifier la route qu'on vient de jalonner, eu la reprenant en sens inverse à partir de Strouga jusqu'à Durazzo. Au sortir de Strouga on trouve une chaussée pavée (V. T. 3. p. 63. et suiv. de mon voyage), c'est évidemment un des débris de la voie Egnatienno; ensuite on la trouve taillée dans le roc, aboutissant à des points romains. Vous voudrez bien relire le passage do mon voyage que je me dispense de copier. Le nom de *κακὴ πέτρα* qui s'y trouve, correspond à *κακὴ σκάλα* que le modernes employent, pour désigner un défilé (Acropolita p. 77.: *ἐξορμήσας τοῦ Δυῤῥαχίου κ. τ. λ.*). Veuillez observez, Monsieur, qu' Anne Comnène parle d'un officier nommé Comiscortas (espèce de connétable ou d'Embrochor des Turcs) à qui Alexis avait donné le commandement de Dyrrachium en 1087. Il était venu d'Arbane (Elbassan) ou de chez les Arbanes. On voit par un autre passage de l'Alexiade (lib. IV. p. 98. lib. XIII. p. 309.) qu' Arbane était une place forte située à quelque distance de Dyrrachium et dans un pays de montagnes, parce qu'elle donnait entrée à des Clausures, *Claustra Montium*, *Κλεισοῦραι*, *) qu' Alexis fit garder, lorsque Boëmund eut renouvelé l'entreprise de son père contre l'empire d'Orient.

Je vous prie, Monsieur, de lire attentivement avec la carte de mon voyage sous les yeux, ce que j'ai dit du lac d'Ochrida et du lac Lychnidus, c'est à dire les chapitres V et VI du livre VII de mon voyage. **) Je ne reviendrais pas aussi souvent sur mon oeuvre, si j'avais quelque chose de mieux à citer, car je me fais violence toutes les fois qu'il s'agit de parler de moi, pauvre *ἀναλφάβητος*! Il paraît que la route qui partait d'Achrida conduisait aux lacs de Prespa et de Drenovo où la Devol prend son origine (Stritter. memor. in Bulgaricis §. 168. Zonar. II. p. 228. Ann. C. 1073.) Ce réseau de routes mérite d'être étudié et je désirerais que vous eussiez la carte en neuf feuilles de la Pie qu'il a composée sur mes matériaux; quoiqu'il n'en dise rien, je ne m'en plains pas non plus, *car on ne vole que ceux qui ont quelque chose.*

---

zane, comme je l'ai déjà dit, ralliant ses troupes dans la forêt de Babagora, et arrivant par Strouga à Achrida, d'où il se réfugie à Devol ou Deabolis surnommé Dibolia par Bertius, et montagnes du Diable (Voy. liv. VII. ch. VI. de mon voyage). Consultez aussi ce que je dis au sujet du canton de Caulonias; ce nom est commun à plusieurs contrées suivant Const. Porphyrogen.: *Κολωνοὺς δὲ τοὺς ὑψηλοὺς καὶ ἐπηρμένους τόπους ἐκάλουν Ἕλληνες* (de Themat. lib. I. Them. 10. p. 12). G. Stritt. Bulgar. c. XII. §. 171. Cedren. T. 2. p. 717. Zonar. p. 227. Glyc. p. 311.

*) Suid. s. v. Procop. lib. II. de bello Persico c. 29.; de aedific. Iust. p. 32. Const. Lib. I. Them. 3.; de adm. imper. c. 29. 30. Eustath. ad Dionys. per. p. 42. Anne Comnène a p. 389. ad 398.

**) Confer etiam Gott. Stritt. Bulgar. c. XII. §. 156. 160. 199.

Les Normands en poursuivant leur route, s'emparèrent de Monastir ou Bitolia, qu'on dit être Héraclée, ce qui me semble douteux. D'Achrida à Drénovo il y a entre 10 et 12 milles, et de Drénovo à Monastir, 12 à 14 milles; je porte toujours cette double estime, à cause do la déviation des chemins qui n'existent presque plus que sur les cartes. C'est là que se développe leur plan d'opérations par la conquête de Prelepé, de Florina, de Castoria, d'Ostrovo, de Vodena, do Caïlari, de Guaousta ou Gniausta, de Verria, de Servia, de Jenidgé, de Pelagonia, de Moglena, de Scopia, de Pella et du pont du Vardar que les itinéraires appelent simplement Gephyra. [Voyez mes topographies pour toutes ces villes. *Scopia.* Ann. Comnen.: Lib. V. pag. 136. cum nota Cangii pag. 295. Cantacuzen. lib. III. c. 4. L. IV. c. 19. Steph. Byz. voc. *Σχοῦποι.* *Servia* Ann. Comnen. l. V. p. 136. Scylitz. p. 704. et l'excellent itinéraire de Cousinéry dans son voyage en Macédoine. *Moglena* Ann. Comnen. l. VI. p. 137. cum not. Cangii ad p. 297. Scylitz. p. 709, 710. Cantacuzen. lib. I. c. 44 et 46. *Τὸ τῶν Μογλενῶν θέμα* habet Zonaras p. 237. *Pelagonia.* Ann. Comnen. p. 137. *Pelagonia Macedoniae oppidum Livio notum, Castoriam inter et Axium fluvium,* ut habent Theobodus lib. I. et Cantacuzenus lib. I. c. 51. Nicet. in Manu. lib. III. Cinnam. lib. III. p. 73. Raymundus de Agiles ejus meminit. Confer. etiam Malchus de reb. Byzant. p. 78., excerpt. legat. p. 79. Paris. 1693]. Vous trouverez avec leurs distances respectives sur la carte les noms que je viens de citer et vous remarquerez quo l'armée des Latins ne songea à assiéger Thessalonique qu' après s'être assurée de toute la Macédoine cisaxienne (voy. le livre de mon voyago qui traite de la Macédoine). Je vous recommande de nouveau les itinéraires de M[r]. Cousinéry pour ce qui concorne la partie basse de la grando vallée de l'Axius ou Vardar. Voici maintenant comme on compte les distances do Thessalonique à Ochrida: de Thessaloniquo à Pella, 21 milles; de Pella à Jenidgé, 6 milles; de Jenidgé à Vodena (Edesse) 18 milles; de Vodena à Castranitza, 21 milles; de Castranitza à Florina, 30 milles; de Florina à Monastir, 18 milles; de Monastir à Resna, 21 milles; de Resna à Ochrida (ville qui n'est pas Achrida) 18 milles. Total 153 milles de 60 au degré.

Thessalonique est un des points qui vous intéressent particulièrement. Il faut voir ce qu'en disent les voyageurs P. Belon du Mans in 4°. Paris 1553, Paul Lucas que vous citez, Felix Beaujour (*Tableau du commerce de la Grèce* depuis la page 28, jusqu'à la page 45). Le jugement de ce dernier n'est pas irréfragable comme archéologue, et il n'a pas visité la Macédoine. C'est un compilateur qui a mal employé d'excellents matériaux, dans ce qu'il appelle *Voyage militaire* dans l'empire Ottoman publié à Paris en 1829. Si vous avez ce livre, je vous engage à le consulter, mais avec la plus grande réserve. Quant à l'histoire de Gauttier sur les Normands, vous pouvez vous dispenser de la lire; sa carte est copiée de la mienne. M[r]. Cousinéry est un homme de bonne foi, très-savant numismate, observateur et explorateur digne de con-

fiance, dont vous pouvez citer les renseignements topographiques jusqu'à la hauteur de Cypsela. Le voyageur comme le chasseur doit être doué d'une sorte *d'instinct;* ce sens manquait à mon vieil et excellent collègue et confrère, mort cette année à à l'âge de 86 ans. C'est lui qu'il faut prendre pour guide jusqu'à Philippi; la vue de Salonique et la carte jointes à son voyage sont bonnes.

J'ai dans ce moment près de moi à Paris Mr. de St. Sauveur, consul de France à Thessalonique, qui connait l'ouvrage de Mr. Cousinéry, mais je n'ai pu tirer de lu que les détails suivants: „La citadelle de Thessaloniquo est maintenant appelée chateau - des - *Sept tours.* Sa citerne n'existo plus. L'aqueduc, dont parle Paul Lucas et que Cousinéry laisse dans le doute, est remplacé par un Souterrazi ou hydrophore à syphons (voy. pour la description de cette sorte d'Hydraulique le voyage du comte Andréossy à l'embouchure du Bosphore). La prise d'eaux est dans le mont Cortiach, d'où il abontit par des canaux aux différentes fontaines de la ville. La citadelle est séparée du mont Cortiach par un terrain onduleux composé de collines qui s'y rattachent en s'élevant graduellement. Je ne crois pas que l'Hepta - Pyrgion ou Yédi-Couléler des Turcs, date de l'ère de Justinien, mais il a pu être bâti sur le même emplacement vers le XIVe siècle. Depuis cette époque il a été restauré par les Turcs, car on y voit enclavés des fragments de colonnes, d'architraves, de chapiteaux provenants d'édifices anciens soit en marbre, soit en pierre.“ On n'a pu me dire, combien d'églises restent aux chrétiens, il faut s'en réferer à ce sujet ainsi que pour les mosquée, à ce que dit Mr. Cousinéry. Le Gynaecocastron n'est plus connu aux environs de Thessaloniquo, et voici mon opinion particulière à ce sujet.

Vous savez que les Empereurs grecs avaient des Eunuques pour garder leurs femmes et des Harems dans lesquels ils les tenaient renfermées: cet usage est immemorial dans l'orient. D'après cela je suis porté à croire que l'air de Thessalonique ayant toujours été fiévreux, on envoyait les femmes passer la mauvaise saison dans quelque sérail fortifié qui aura reçu le nom do Gynaecocastron. Il devait être situé aux environs d'Ourendgick, où les francs avaient, il y a vingt-cinq à trente ans leur quartier d'été. Pour ce qui est du port de Thessalonique, il n'est défendu que par un misérable fort appelé *Tour du Sang,* où l'on étranglait les Janissaires, qui ne prétendaient pas être pendus comme des *Bacals* ou *regrattiers.* On voit sous les eaux les restes d'un môle. — Voila tout ce que j'ai pu apprendre de Mr. de St. Sauveur, et comme le voyageur prudent, je dois m'arrêter là, où finit la lumière. Espérons que: *μετὰ δὲ τοῦ πληρώματος τοῦ καιροῦ ὁ θεὸς τὰ ἑαυτοῦ ποιεῖ*, comme le disait un docte professeur de Tubingue. Cependant on retrouve à Salonique dans le quartier de tanneurs le port creusé par l'Empereur Philippe. Les églises converties en Mosquées sont Ste. Sophia et St. Démétrius; St. Minas incendiée en 1770 est maintenant restaurée (voi. Cousinéry).

Normanni Thessalonica capta ad urbem regiam CP. tumultuario fere agmine tendebant. Vuus ajoutez, Monsieur, d'après Villehardoin que la route suivie par les Normands dut être au moins *de bien douze journées granzs.* Vous savez que Procope (de bello Vandalico Lib. I. c. 1. p. 177.) évalue la journée de marche à 210 Stades, ou environ huit lieues de 20 degrés qui correspondent à peu près avec le Conak des Turcs. Or, ces douze *journées granzs* formeraient environ 96 lieues = à 288 milles géographiques. Cette mesure est trop faible pour la distance entre Thessaloniquo et Constantinople. Mais peut-être que Villehardoin divisant par douze les trois cent quatre-vingts un milles Romains que nous donne la table d'Antonin, a évalué sa *grande journée* à dix lieues de France environ, ce qui donnerait un résultat approximatif du routier des tables Peutingériennes. Je n'ai pas fait la route de Thessalonique à Andrinople, mais je me crois à même de l'ébaucher; le restant depuis Andrinople jusqu'à Constantinople a été en quelque sorte levé par mes ordres.

Je crois qu'il faut s'en référer à Pierre Belon, à Paul Lucas et surtout à M. Cousinéry, pour ce qui regarde la projection du mont Dysoron aujourdhui Cortiach et celle de Cissus que les Turcs appellent mont Salomon (*Voyage de la Macédoine* par Cousinéry T. I. ch. 2.). Son second voyage à Serrès (T. I. ch. V.) la description du mont Cercine et celle du bassin du Strymon. Ce fut en partie du côté de Serrès que les Normands se portèrent en quittant Thessalonique, pour marcher vers Constantinople. Serrès est éloignée de 18 heures environ de Salonique, et de Serrès on compte 14 lieues environ de 20 au degré, pour se rendre sur l'emplacement de Philippi.

La seconde route qui traverse la Chalcidique est de 8 heures jusqu'à Galatz, bourg situé à la base du mont Cortiach; de là on compte 10 h. en contournant le mont Salomon, pour arriver à la décharge du lac Bolbe près du cap Stavros; de cet endroit il y a six lieues ou heures à la décharge du lac Cercine ou Takinos. Après avoir passé la rivière qui en sort, on commence à longer le mont Pangée ou Castanaz, et au bout d'une heure on se trouve aux ruines d'Amphipolis. A sept lieues de ces ruines vers l'orient d'été on arrive à Prava ou Pravista: on est à 2 lieues de la Cavale et à 3 lieues de la plaine de Philippi (il est essentiel de consulter Mr. Cousinéry et Paul Lucas, pour se former une idée de cette plaine historique). La route de Constantinople longe le rivage de la mer depuis Pravitza jusqu'au Carasou ou Mestus, pendant neuf lieues et demie. On est en vue de l'Isle de Thasos, on aperçoit à main gauche au Nord le mont Hémus et on entre dans la Thrace (voy. les chapitres X, XI, XII du T. II. du voyage de M. Cousinéry. Pierre Belon ch. XLIX. fol. 44. ch. LVII. fol. 56, 57. ch. LIX. fol. 61. intitulé: *Du grand chemin de la Cavale à Constantinople.* Ch. LXI. fol. 62. de Cypsela. ch. LXIII. f. 64. de la Marissa, anc. Hebrus).

C'est à tort que Ducange et Buchon pensent que la Cavale est l'ancienne Kytros, jadis Pydna; cette place était située entre l'Axius et le Pénée à la base du mont Olympe. Il y a un autre Kytros dans la Thrace commo je le dirai ci-après. De Philippi à Drama il y a environ 5 heures ou lienes. Il n'y a pas de raison qui s'oppose à croire que Draginès et Draminès ne soient la même ville sous des noms altérés. Ainsi la Setre et la Serre sont une seule et même ville, il en est peut-être de même de Giga ou *Ζηχχίας* ou peut-être Angista?

Prava est une position de passage, parce quelle est sur le chemin direct de Thessaloniquo à Constantinople et au debouché de la plaine de Philippi. Au delà de Prava les montagnes s'écartent et on entre sur le terrain ou se donna la bataille parricide des Romains contre Romains, et où, comme à Pharsale, la fortune mit les lois au pouvoir du crime: *jus datum sceleri.* Le chemin de Prava à la Cavale coupe la plaine diagonalement. On monte en sortant de la Cavale sur la arête du contrefort qui porte l'aqueduc de cotte ville, l'on descend ensuite dans un vallon d'une demi lieue do large, s'ouvrant au Sud sur la mer et après avoir traversé ce vallon d'orient en occident, on remonte sur la crète d'un autre contrefort fermé jadis par un mur appelé *Pergamus murus.* On descend de là dans un second vallon parallèle au premier et remontant un troisième contrefort, dont ce col était défendu comme les deux autres par une ancienne muraille nommée *Phagraeus murus*, on débouche dans la Thrace par un chemin qui cotoye d'abord le rivage de la mer, mais qui s'en écarte ensuite, pour aller passer le Mestus ou Nestus à deux lieues de son embouchure. V. *Voyage militaire dans l'Empire Othoman* par F. Beaujour T. I. p. 230. 231.

La route de Thessalonique jusqu'à Amphipolis et au passage du Strymon suit le tracé de la voie Egnatienne qui est couverte d'eau en hiver. Le chemin de Serrès s'en sépare, en s'élevant ou N. E. par Sokos, village sur le mont de Bertiscus, d'où elle descend par le hameau de Nigrita, ou par celui de Skapcha, voisin des ruines d'Anthemus près des bordes du Strymon, qu'on passe sur un pont en bois, une lieue à l'ouest de Serrès. Le Strymon que les Bulgare-Valaques appellent Strouma, les Turcs Kara-Sou et les Skypetars Stroume-lioume, naît aux environs do Radomir dans le mont Orbelus (voyez pour son cours la carte de Lapie, feuille 8e., pour Prava, Cypsela, Angista, Amphipolis et la route jusqu'à Andrinople Belon, Felix Beaujour *Voyage militaire dans l'empire Othoman* pages 222, 223, 224, 225 jusqu'à p. 233). Lo chapitre VII. intitulé: *De la Thrace* doit être attentivement examiné et medité jusqu'à la page 254; vous pourrez y appliquer la géographie du moyen âge. Pour ce qui concerne la topographie depuis Andrinople jusqu'à Constantinople vous voudrez bien lire l'itinéraire détaillé ot circonstancié qui se trouve dans le tome 3. de mon voyage page 161. Vous y verrez la position précise d'Tchiorlou. Vous jugerez quelle

position convient à Épibates, bourg situé à 12. h. de Constantinople, célèbre par la résidence de l'admiral Apocaucus; Selybrie fut remarquable par un palais que Grégoras dit avoir apparteau à Jean Cantacuzenus (Note k. p. 72. liv. II. de l'hist. ottomane de Cantemir).

Coutchouk-Tchekmedgé est l'ancien bourg d'Athyra. Le pont de Bouiouk-Tchekmedgé fut bâti par Selim II; il y a une inscription du poëte Hindai (voy. Cantemir 2 me partie p. 11. note H.). Parcourez Cantemir, mais défiez vous des distances qu'il donne; souvent il confond les milles avec les heures et il fait avec des milles Germaniques qui sont de 15. au degré, des milles Romains de 75. Vous pourrez tirer un bon parti de Paul Lucas, qui dit très-bien ce qu'il a vu, quoiqu'il ait vu le *Diable* dans la haute Egypte, et des colonnes en marbre noir au Parthenon d'Athènes. Malgré tout cela on lui doit de bonnes et intéressantes decouvertes; il faut faire la part du temps, où il écrivait, temps où l'on exigeait des voyageurs des choses merveilleuses, semblables aux recits de la legende de Theodoret.

Mosynopolis est une ville que Nicetas et Cedrenus mettent dans la Thrace, chez les Mosynöci. Ortelius croit qu'elle était entre la Thrace et Thessalonique. C'est, dit il, la même ville qu' Athénée liv. 8. appelle Mosynon; c'est aussi la même place que Mosyna de la Notice et le Mosynon de Leunclavius. De cette ville tirait son nom le peuple que Pline Lib. 5. c. 30. appelle Mossyni, et que Ptolemée lib. V. c. 2. nomme *Μοξιανοὶ*, pour Mosyni ou Mossuni. Tout cela peut être mais qu'en conclure pour la position de Mosynopolis; rien, absolument rien. Qu'il me soit permis, de hazarder une conjecture que je soumets entièrement à votre critique éclairée et judicieuse. Le père Joseph Boscowich, Jésuite dans son voyage de Constantinople en Pologne, imprimé à Lausanne en 1772, après avoir décrit ses journées de marche à partir de la capitale de l'empire ottoman, cite (à la date du 30. Mai) la ville de *Kircklisé,* chef-lieu d'un Sangiack que je crois être Mosynopolis, appelée, commo je viens de le dire Kircklisé ou les 40 *églises.* Là les routes se divisent; celle qui est à main gauche va en Hongrie par Andrinople, et celle qui est à la droite va en Moldavie et en Pologne par le lieu qu'on vient d'indiquer. Sur cette route commence le mont Rhodope. Kircklisé est une assez grande ville, dont les habitants sont la plupart Turcs; il y en a cependant un grand nombre de Grecs. On y voit plusieurs Mosquées, une belle fontaine, un beau bain et un Bezestein. Il y a de ce coté un village appelé Kytros, dont il faut remarquer le gisement (voyez le journal du voyage de Boscowich, à p. 1. jusqu'à p. 60. Conf. les lettres de Busbeck et le voyage de Sr. Poullet).

Je crois, Monsieur, que Bolerus est la même chose que Toperus et Doberus. Antiqua urbs Rhodopes fere undique ambita fluvio, colli arduo subjacebat (Procop. de

Aedific. lib. IV. c. 11. p. 90). Toperus urbium Thraciae maritimarum prima est; a Byzantio dierum duodecim distat itinere (Gott. Stritteri Sclavic. c. IV. §. 32.).

J'aurais desiré, Monsieur, pouvoir traîter en grand l'ébauche que j'ai l'honneur de vous adresser, mais l'état deplorable de ma santé ne me permet plus de travaux de longue haleine. *Solve senescentem.* *)

Monsieur

Votre très-humble et très-obéissant
Serviteur.
POUQUEVILLE,
de l'Institut Royal de France.

Via Egnatia occidentalis initium, ut in praevia commentatione vidimus, duplex habuit, alterum Apolloniae (meridionale); alterum Dyrrachii (boreale). Utraque viae sectio in loco Clodianorum convenit.

I. VIA INTER APOLLONIAM ET CLODIANA.

Eam solum describit Itinerarium Hierosolymitanum. De reliquiis ejus viri docti nil notarunt. Eâ legatos Hormisdae papae sec. VI. et Manuelem Comn. imp., cum illi ab Aulone (e meridie Apolloniae) Candaviam, inde Macedoniam seculo VI. peterent, hunc sec. XII., usos fuisse, in prolegomenis docui. Via autem in locum Clodiana est fere borealis.

APOLLONIA. De ejus situ Scylax cap. 25.: *Ἐκ δὲ Ἐπιδάμνου εἰς Ἀπολλωνίαν πόλιν Ἑλληνίδα ὁδὸς ἡμερῶν δύο* (versus meridiem). *Ἡ δὲ Ἀπολλωνία ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀπέχει στάδια ν'* (stadia L), *καὶ ποταμὸς Αἴας* (l. *Ἀῶος*, Beratinó, Ergent) *παραῤῥεῖ τὴν πόλιν*. Aous e meridie, decem stadiorum discrimine, urbem praeterlabitur (Strabo 7. p. 219.); per mediam urbem flumen ducit Conon narratione cap. 30. Ruinarum urbis situs (*Pollini*) Straboni magis fidem facit. Erat civitas haud levis momenti ultimo reip. Romanae aevo, unde *magnam* et *gravem* dicit Cicero Philipp. II, 11; quare secundam fuisse post Dyrrachium puto. Alia de hac urbe v. apud Tzschuckium ad Pomponium Melam 2, 3, 13. Adde *Pouquevillium* in it. Graeco (ed. II.) T. I. p. 72. 241. 326. 329. 354. 355. 357. 358. 359. 360. *Leake*, travels in northern Greece Vol. I. p. 368 sqq. Superstitem fuisse seculo post Christum quarto, Itinerarium Hierosolymitanum docet; immo extitit sexto, quod Hierocles monstrat in synecdemo p. 653. ed. Wesseling. Aulonem tamen (*Αὔλωνα* s. Ἀvlŏna neo-graece) vicinam e meridie temporum progressu magis quam Apolloniam crevisse, tabula Peutingeriana docet, quae Apolloniae nullam aediculam appingit, Auloni duas. Atque

*) Varia sunt, in quibus a b. Pouquevillio discedendum esse vidi. Ea in singulis stationibus exponam.

Aulon *) in scriptis medii aevi non semel tantum occurrit, Apolloniae nomen post Hieroclem non audivi. Leonis certe Sapientis Novella de thronis (anno 886 — 912.) Aulonem memorat, Dyrrachino metropolitao cum aliis urbibus subjectam; Apolloniam omittit (Leunclavii Jus Graeco-Rom. Vol. I. p. 93.). Quod mihi testimonio est, Apolloniam pridem evanuisse; nec facit, ut sententiam mutem, seculi decimi scriptor Constantinus Porphyrog. de thematibus 2, 9., qui praeter alias urbes Apolloniam noni thematis s. provinciae (novae Epiri) civitatem dicit. Est enim ille Constantini locus, ut tot alia Ejusdem, ad verbum ex Hierocle repetitus, seculi VI. scriptore.

MUTATIO STEPHANA FANA. Abest ab Apollonia M. P. XVIII. Lectionem nominis corruptam esse, alii monuerunt. Mihi cum Wesselingio *Stephani Fana* legendum videtur; vel etiam *Stephani Fano*. Certe S. Stephani castellum in Epiro nova restauravit Justinianus imp. (Procop. aedif. 4, 4.). Aliud de hac mutatione non constat. Abest a mansione Apsos (Apsi) M. P. XII.

MANSIO APSOS. Ei Apsus fluvius, cui appositam fuisse puto, nomen dedit. Tabula Peutingeriana scribit *Hapsos*. Hunc fluvium (nunc Beratinó, Ergent, al.) **) molliorem dicit Lucanus pharsal. 5, 462 sq.; Genusum, vicinum ei e septentrione, volucrem. Hinc ad Marusium sunt M. P. XIV.

MANSIO MARUSIO. Aliunde mihi incognita.

MANSIO CLODIANA. Est mihi vox *Clodiana* neutrum plurale, coll. itin. Antonini. Sunt inter eam et Marusium M. P. XIII. Nec haec aliunde mihi cognita est. Fuisse tamen majus oppidum videtur, ut duo antecedentia, quia *mansio* dicitur, non *mutatio*. Comparabis hunc locum cum Albano Georgii Acropolitae (histor. cap. 67.), quae urbs mihi cum hodierna Elbassan eadem vel vicina ei esse videtur. Acropolitao locum dedi in historia viae nostrae. Junxit hic locus viam, quae a Dyrrachio atque Apollonia in Macedoniam ducit. Postremo de Clodianis etc. sic Leakius l. c. Vol. III. p. 279 sq.: „In proceeding westward from the pass of Vodhená, the road crossed two gread valleys and three remarkable bridges before it arrived at Clodiana, from which there was a bifurcation to Dyrrachium and Apollonia. From the Tabular Itinerary we learn that at 19 M. P., beyond Lychnidus, the road crossed a bridge named Pons Servilii, which could have been no other than a bridge over the Drin, anciently Drilo, at its issue from the lake Lychnitis. We thus obtain the point from whence the road crossed Mount Candavia to Clodiana, which appears to have been situated on the Genusus, for the name Clodiana is probably derived from Appius Claudius, whose camp was upon that river when he was employed against Gentius, at the same time that the

*) De ea v. *Pouquevillii* voyage ed. II. Vol. I. passim. *Leake*, l. c. Vol. I. p. 1 sqq.

**) *Pouqueville*, l. c. Vol. I. p. 132 sqq. *Leake*, l. c. Vol. I. p. 336. 342. 390. Vol. IV. p. 113. 123.

consul Aemilius was carrying on the war against Perseus in Macedonia, in the year B. C. 168 (Liv. 44, 30). And hence it becomes evident that the Genusus was the river now called Skumbi, or Tjerma, consequently that the mountain which lies between the sources of that river at the northern end of the lake Lychnitis was the proper Candavia. It is the same mountain of which I observed the bearing from Korytzá to be N. 23 W. by compass. Although the distance of Clodiana from Apollonia is no less than 8 M. P. greater in the Jerusalem than in the Tabular Itinerary, yet as both these authorities place the Apsus about midway, we have thus an approximation which may assist in ascertaining the exact site of Clodiana.“ Idem deinde addit in nota 2.: „As 31 M. P. from Dyrrachium to Clodiana in the Jerusalem is evidently much nearer to the truth than the 40 M. P. of the Table, the latter number is perhaps an error for 33.“ Idem deinde in ipsa narratione sic pergit l. c. (p. 280): „Skumbi is obviously a corruption of *Scampis*, a name found in all the Itineraries at about 21 M. P. eastward of Clodiana, consequently on or near the Genusus, perhaps at the modern Elbassán. The branch of the Genusus upon which that town is situated may have been named Scampis as well as the town, and by a common kind of change may have superseded the name of Genusus, as that of the entire course of the stream below the junction.“ De Leakiana Clodianorum a Claudio derivatione dubito. Namque post Lychnidum in itinerario Hierosolymitano occurrit **alius** locus Claudanum (Claudianum), multoque inferius Clodiana.

Atque haec est via inter Apolloniam et Clodiana (M. P. 57) secundum itinerarium Hierosolymitanum. Aliter itinerarium Antonini, quod post Apolloniam ponit locum *ad Novas* (tabernas), M. P. XXIV.; deinde *Clodiana*, M. P. XXV. Haec via quomodo a via itinerarii Hierosolymitani distinguenda sit, equidem nescio; discrimen notasse satis habui. Fuit saltem ea via brevior.

II. VIA INTER DYRRACHIUM ET CLODIANA.

Ea, teste Beaujourio (Voyage milit. Vol. I. p. 329. 336.), versus orientem, mari relicto, per montes *Grabatz* tendit Elbassanum. Idem fere Cantancsichio placet (ad Tab. Peutingerianam T. I. p. 640). Accuratiora de hac viae parte apud neminem doctorum inveni.

DYRRACHIUM. Urbs nobilissima situ locorum fatisque, peculiari libello, ut paucae, digna. Qui enim cum exercitibus Illyricum et Macedoniam petebant, hujus urbis possessione, id quod omnis historia docet, supersedere non poterant. Antiquam ejus historiam alii fere totam praeoccuparunt: nostrum erit, alia superioribus addere, alia emendare, alia disceptationi post nos venientium commendare.

De historia urbis *) statuque hodierno vide prae aliis Pouquevillii expositionem in itinerario Graeco ed. II. Vol. I. p. 395 sqq.; Leakii Graeciam borealem Vol. I. p. 1. 380 sqq.

Nomen urbis Romanos sibi tribuere constat. Pomponius Mela 2, 3, 12: *Dyrrachium. Epidamnos ante erat. Romani nomen mutavere, quia velut in damnum ituris omen id visum est.* Idem repetit Plinius H. N. 3, 26 (23): *Epidamnum colonia, propter inauspicatum nomen a Romanis Dyrrachium appellata.* *) Adde Anonymus apud Dionem Cassium 41, 49. Sed vide, ne lusus sit mere etymologicus, cujus fons forsan Plautus in menaechmis 2, 1, 38. 39., vel alius, quem poeta sequitur. Ergo Plautus l. c.:

Propterea huic urbi nomen Epidamno inditum est,
Quia nemo ferme huc sine damno divortitur.

(Notatur in antecedentibus magna Epidamniorum luxuries morumque labes). Idem v. 42: *Quid metuis?* M.: *Ne mihi damnum in Epidamno duis.* Dein Dyrrachii nomen in numis Graecis occurrit, qui facti sunt, antequam Romani Illyricum introissent, coll. Mionnet. descr. de médaill. ant. II, 37 sqq. Quid? quod Dyrrachium Latine omnino non sonat, quod debebat, si fuissent auctores Romani, quanquam hi coloniam deduxerunt (Plin. l. c.), incertum quando. Epidamni vero nomen quando in Dyrrachii formam abierit, non constat: certe ante Romanorum Illyrici debellationem id factum statuo. Mutationis et transpositionis causam terrae forsan motus praebuit, qui non semel tantum hanc urbem vastavit, e. g. post Chr. anno 345 (Theophanes ad annum 9 Constantii, ed. Ven. p. 25); iterum, imperante Justino I. (anno 518—527), referente Jo. Malala libro 17. p. 417. ed. Bonn., qui scriptor *Δοῤῥάχιον* dicit et *Δοῤῥαχηνούς*; postremo, anno 1273. (Georgius Pachymeres in Michaele Palaeologo 5, 7. 6, 32): forsan et alio tempore. Ita fieri poterat, ut prisco tempore, cujus memoria intercidisse videtur, quum aliqua calamitate urbs afflicta esset, incolae, loco relicto, novam urbi sedem, licet maxime vicinam, quaererent, novaeque urbi, abolito vetere, a peninsula aliud nomen imponerent, coll. Strabone deinde citando. Quod ut statuam, fere movet Anna Comnena libro III. fin. (p. 99. ed. Ven.); licet ea, quae de causa novae urbis condendae addit, equidem vix crediderim. *Καὶ δὴ*, ait Caesarissa, *ἐντὸς τῶν ἐρειπωθέντων τειχῶν τῆς πάλαι καλουμένης Ἐπιδάμνου καλύβας ἐπήγνυντο . . ἐν ᾗ βασιλεύς ποτὲ*

---

*) Laurentius Lydus de magistratibus 3, 46: *Δυῤῥάχιον αὐτὴν Κρῆτες ἀποικήσαντες ἐκεῖ προσηγόρευσαν, ἀπὸ Δουῤῥάχου* (sic) *τότε βασιλεύοντος Κρητῶν, ὡς ὁ Ῥωμαῖος Λουκανὸς ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἐμφυλίων φησίν, ἣ Κορκυραῖοι, Κορινθίων ἄποικοι κατὰ τὸν συγγραφέα* (Thuc. I, 24). Lucanus phars. 2, 610. de **Brundusio**: *urbs est Dictaeis quondam possessa colonis.* Haec Lydus de Epidamno poetam dixisse putavit, eidemque, quod forsan aliunde acceperat de nomine hujus Cretensi, attribuit. V. editionem Lydi Bonnensem p. 239.

Πύῤῥος, Ταραντίνοις ἑνωθεὶς, Ῥωμαίοις ἐν Ἀπουλίᾳ καρτερὸν πόλεμον συνεστήσατο. Καὶ ἀνδροκτασίας ἐκεῖθεν πολλῆς γεγονυίας, ὡς ἄρθεν ἅπαντας ξίφους παρανάλωμα γεγονέναι, ἄοικος πάντη καταλέλειπται. Quanquam hoc ultimum si reapse accidit, cur accolae urbem desolatam non occuparunt, sed aliam condiderunt? Mihi alia calamitas, maximopere terrae motus, incolas Pyrrhi aevo vel brevi post movisse videtur, ut sedem urbis suae mutarent. *) — Novi nominis causa in obscuro est. A chersonneso, cui imposita est urbs, nomen traxisse narrat Strabo 7, 5: *Ἐπίδαμνος . . ἡ νῦν Δυῤῥάχιον, ὁμωνύμως τῇ χεῤῥονήσῳ λεγομένῃ, ἐφ' ἧς ἵδρυται.* Idem ergo nomen peninsula habuisse videtur. Quod haud negaverim. Veterum tamen quibusdam ludentibus ipsum Dyrrachii nomen idem fuit quod *δυσράχιον* (promontorium asperum praeruptumque). Verum hoc quoque, ut Epidamnus Romanorum, lusum poeticum redolet, coll. Steph. Byz. v. *Δυῤῥάχιον· . . . Ἀλέξανδρος δ' ἐν Εὐρώπῃ Δυσράχιον* (δυσράχιον) *αὐτὴν καλεῖ μετὰ τοῦ σ· Δυσραχίου τ' Ἐπίδαμνος ἐπ' ἀγχιάλου χθονὸς ἀκτῆς.* Hunc lusum secuti seriores, quos citat Dio Cass. l. c.: *Οἱ δ' ἕτεροι Δυῤῥάχιον ἀντονομασθῆναι τὸ χωρίον ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων πρὸς τὴν τῆς ῥαχίας δυσχέρειαν ἔφασαν, ὅτι ἡ τῆς Ἐπιδάμνου πρόσρησις, ζημιώδη* **) *δήλωσιν ἐν τῇ τῶν Λατίνων γλώσσῃ ἔχουσα, δυσοιώνιστος σφίσιν ἐς τὸ περαιοῦσθαι ἐς αὐτὴν ἔδοξεν*

*) Diu ante Annam dubitatum constat, Dyrrachiumne idem sit cum vetere Epidamno. Dio Cassius 41, 49: *Καὶ ἔστιν εὐκαιρότατον (Δυῤῥάχιον), εἴτ' οὖν ἡ Ἐπίδαμνος ἡ τῶν Κερκυραίων, εἴτε καὶ ἑτέρα τις οὖσα.* Quid? quod Appianus de b. civ. 2, 39. errare eos contendit, qui Dyrrachium idem cum Epidamno esse putent. Idem ibidem fabulosa quaedam addit de Dyrracho heroe, Epidamni genero, Dyrrachii conditore, quae futurus rerum Dyrrachinarum scriptor illustrabit, assumpto Procopii Gazaei loco inferius afferendo. Postremo Pausaniae locum (VI, 10, 8.) de eadem civitate intelligo, ubi Dyrrachium urbs a vetere Epidamno parum distare dicitur. Pausanias ibidem vocem *Ἐπίδαμνος* veteris epigrammatis interpretatur. Aliud Dyrrachium, Laconicum, habet quidem Stephanus Byz., seculi sexti scriptor (s. v. *Δυῤῥάχιον*), alibi incognitum. Noster vero Pausaniae locus illi obversari non potuit: aliumque vetustioris scriptoris locum de Dyrrachio Laconico non vidi, praeter Stephanianum. Verum ultimae Graecitatis scriptor quidam Dyrrachium Laconicum revera habet. Est is Phrantza chron. 2, 2: *Ἀλλ' οὖν καὶ οὗτος* (Theodorus princeps) *δέδωκε πρὸς αὐτὸν* (Constantinum despotam) *τὴν Βοστίτζαν . . . τὸ κάστρον Ζαρνάτας καὶ Γαστίτζα, τὸ Διάσειστον, Μελί, Δυράχιον κ. τ. λ.* Quae codex Parisinus (ed. Bonn. p. 131) sic legit: *Ζαρνάταν, τὸ ἀδιάσειστον Μελέ, Δυῤῥάχιον* (sic) *κ. τ. λ.* Idem Phrantza 4, 18: *Ὡς δὲ ἰάθη ἀπὸ τοῦ τραύματος, περιωρισμένου δὲ ὄντος καὶ φυλαττομένου ὅπως δήποτε περὶ τὸ Δυῤῥάχιον κ. τ. λ.* Ergo Dyrrachii nomen non Slavicum est, sed forsan Graecum.

**) Quantopere haec fabella de Epidamni nominis vi Romanis se probaverit, testis est Plinius l. c., ubi neutrum Epidamnum habemus pro masculino Epidamnus.

εἶναι. Ultimo Dionis loco lusum duplicem, sc. circa voces ῥαχία et *damnum*, coaluisse vides. De Dyrrachii nominis ulteriori origine nil equidem definio. Sed occurrit *Δωράκιον*, vicinae Praevalitanae eparchiae urbs, apud Hieroclem in Synecdemo p. 656., coll. ibidem Wesselingio. Est is locus in mediterraneis, censente Schaffarikio (über die Abkunft der Slawen p. 165), ad lacum Plava (Plawno), e septentrione Scodrae (Scutarii), forsan hodierna *Dragich*. Dracii nomen Eidem Slavicum esse videtur. Et *Δοῤῥάχιον* quosdam nostrum *Δυῤῥάχιον* scripsisse, supra vidimus. Ptolemaeus vero (geogr. 3, 13. ed. Wechel.) *Δουῤῥάκιον* habet: *Ταυλαντίων Δουῤῥάκιον*. Adde Lexica Latina s. v. Deinde scholiastes Thucydidis (1, 24) sua (Byzantinorum) aetate a quibusdam scriptum narrat *Δυράκιον*. Sed Tzetza (Tschetscha), ejusdem aevi scriptor, chiliad. XI. hist. 396. (p. 438. ed. Kiessling.) sic habet: *Ἐκ Δυῤῥακίου*. Nunc italice dicitur *Durazzo*, apud Albanitas (Arnaútas) scypetarios *Dures* (Schaffarik. l. c. p. 166.), apud Franco-Gallos *Duras* et *Durazzo*, apud Turcas *Duradsch* (Hadschi Chalfa in Rumel. et Bosnia p. 135).

Vetus tamen Epidamni nomen pro Dyrrachio postero quoque tempore occurrit. Dexippus p. 36. ed. Bonn.: *Μακεδόνων Ἐπίδαμνον* (capiunt Gothi). Procopius Gazaeus in panegyrico Anastasii c. 2. (p. 491. ed. Bonn.): *Ἐπίδαμνον ᾄδουσι μὲν συγγραφεῖς, βοῶσι δὲ καὶ μετ' ἐκείνων αἱ φῆμαι.* Dicit deinde veteris urbis heroem indigenam Epidamnum; Graecos postea venisse, urbemque sua colonia ornasse. Procopius de bello Goth. 1, 7.: *Κωνσταντιανός . . ἄρας ἐξ Ἐπιδάμνου τῷ παντὶ στόλῳ, ὁρμίζεται ἐς Ἐπίδαυρον* (de qua v. Plin. H. N. 3, 26.), *ἥ ἐστιν ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον.* Adde Eundem ibid. 1, 2. 3., ubi sermo de portu Epidamni. Malchus p. 248. 249. 251. ed. Bonn. (de rebus Gothi Theodorici). Nicetas in Manuele Comneno 5, 4.; Andronico I, 7.; Isaacio Angelo 1, 2.; Alexio, Isaacii filio, 3, 9. Cantacuz. 1, 23. 2, 32. Nec rara tamen eodem aevo Dyrrachii denominatio. Nicephorus Bryennius hist. 3, 3.: *Δυῤῥάχιον, ὃ μητρόπολίς ἐστι τοῦ Ἰλλυρικοῦ.* Eodem nomine Anna semper utitur in rebus Normanno-Byzantinis. Cinnamus 3, 3.: *Δυῤῥάχιον, ὃ μητρόπολίς ἐστι τοῦ Ἰλλυρικοῦ.* Eustathius in narratione Normannica cap. 53. (Opuscc. p. 283, 22.): *Τὴν τῶν ἐκεῖσε μητρόπολιν, τὸ Δυῤῥάχιον.* Adde Georgium Pachymerem supra laudatum, item Georgium Acropolitam histor. cap. 67.

In topographia agri Dyrrachini, satis obscura, qui teste Stephano Byz. s. v. situs erat inter Drilonem (Drinonem) et Aoum (Voïussam), varii *fontes fluviique* minus noti apud Vibium Sequestrem, paucis inspectum, occurrunt, quos futuro hujus civitatis regionisque illustratori commendo. Vibius igitur p. 5. ed. Oberlin.: *Alto Dyrrachii; decurrit in Illyricum* (sc. mare). Idem p. 13.: *Icanus Dyrrachii, ab Icano castello dictus* (i. e. *Ichini* pagus, e septentrione Dyrrachii, versus Scodram

s. Scutarium). *) Idem p. 20.: *Ululeus Dyrrachii est, unde aquae hujus ductae*, (forsan fluvius propinquus S. Stephani s. Lizana, e septentrione urbis, coll. fluvio isto, quem Malchus in praevia narratione allatus memoravit in historia expeditionis Theodoricianae). Pag. 33.: *Tenitrus Macedoniae, proximus* (?) *Apolloniae, in conspectu* (?) *Dyrrachii.* Pag. 31.: *Oeniphile Dyrrachii.* De his aliunde nil constare videtur.

Fuere quoque *castella* quaedam inter Dyrrachium atque Apolloniam, a doctis nondum satis illustrata. Occurrit *Balagrita* (prope Canina, juxta Aulonem, coll. Cantacuz. 2, 32.); *Canina* (e meridie Aulonis s. Vallonae); *Screparium* e meridie urbis Berat, ad fluvium hodiernum Scrapari s. Iscarpar, qui in Apsum influit; *Clissura* (Cleisura, in valle Aoi, supra urbem Tepelen s. Tebelen); *Timor* (*Tomor*, prope Balagritam, coll. Cantacuz. 2, 32). De his videatur Georgius Pachymeres in Mich. Palaeologo 6, 82. Cantacuz. 2, 32. 3, 12. Deinde *Belegrada* (Pachym. l. c.). Eam Nicephorus Gregoras 3, 5. dicit *ὑψηλόν τε καὶ ὑπερνέφελον φρούριον*. Adde Eundem 5, 6. 9, 5. Hanc Belegradam (Bellegradam) eandem esse statuo cum civitate *Berat* (*Arnaút-Bieligrad*) ad fluvium Apsum (Beratinó s. Ergent). Sententiam meam firmat Meletius (Geogr. Vol. II. p. 253): *Τῶν δὲ Ἐορδετῶν πόλεις ἦσαν οἱ Σχαμπεῖς, τὴν ὁποίαν τινὲς λέγουσι νὰ εἶναι τὰ Βελαδάγρα* (l. *Βελαγράδα*), *ἤτοι τὸ Μπεράτι, λεγομένη ὑπὸ τῶν Τούρκων Ἀρναοὺτ Μπελιγράδ. Πόλις τετειχισμένη ἐπὶ τῆς κορυφῆς τινὸς βουνοῦ, μὲ θρόνον ἐπισκόπου. Ἄλλοι δὲ λέγουσιν, ὅτι οἱ Σχαμπεῖς νὰ εἶναι ἡ Στρούγγα, καὶ τὰ Βελαδάγρα νὰ εἶναι ἡ λευκὴ Πέτρα.* Falsum in his, quod de Scampis dicitur, coll. sqq. De Berato v. quoque Hadschi-Chalfam in Rumelia et Bosnia p. 134.

Dioecesis s. Paroecia Dyrrachina. **) Ea medio aevo a finibus hodiernae Austriacorum Dalmatiae usque ad Epiri montes Ceraunios patuit, permagna, si longi-

---

*) Meletius (geogr. Vol. II. p. 251.) Icanum flumen inter Drinonem et Panyasin (Spirnatzam) collocat.

**) Michaelem Lequienium, ordinis fratrum praedicatorum, cum Thessalonicensia mea (Berolini 1839) ederem, saepius notavi, eundemque in hujus quoque commentationis decursu, ubi opus erit, notabo. Quid de amplo ejus opere (Oriens Christianus, in quatuor patriarchatus digestus. 3 Voll. fol. Paris. 1740) sentiam, libere jam nunc significabo. In ea historiae Christianorum ecclesiae parte, quae statistica dicenda videtur, cardo rei in indicibus patriarchatuum et archiepiscopatuum cum suis suffraganeis versatur. Quippe ii indices fidem publicam habent. Jam vero cujus aevi est regni orientalis s. Byzantini index patriarchatuum integer? Vetustissimus, qui aevum tulit, est Leonis Sapientis imp. (post Chr. 885—907); et ne is quidem, ut vidi, vere integer est, ita ut quaedam ejus ex epistolis viri Summi, Pontificis maximi, Innocentii III., suppleri debeant. Alia restituendi subsidia aliunde petenda esse constat. Post hunc indicem sequitur indiculus quidam s. laterculus episcopalis apud Constantinum Porphyrogenitum de cerimoniis, quem eidem aevo assignaverim, quamquam Epiphanii Cy-

tudinem spectas, a borea versus meridiem; parva, si terram interiorem s. orientalem. De ea videndus Leo Sapiens imp. (a. 886—912) in Novella de thronis (Leunclavii jus Graeco-Rom. T. I. p. 98. sq.): *μγ'* (thronus ecclesiae Byzantinae 43). *Τῷ Δυῤῥαχίου* (Dyrrachii metropolitae subsunt sequentes episcopi)· *α. ὁ τῶν Στεφανιάκων. β. ὁ Χουνοβίας* (l. *Χουναβιας*). *γ. ὁ Κροῶν. δ. ὁ Ἐλισσοῦ. ε. ὁ Διοκλείας* (l. *Δοκλείας*). *δ. ὁ Σκόδρων. ζ. ὁ Δριβάστου. η. ὁ Πολάθων. ϑ. ὁ Γλαβινίτζας, ἤτοι Ἀκροκεραυνίας. ι. ὁ Αὐλωνείας* (l. *Αὐλῶνος*). *ια. ὁ Λυχνιδων. ιβ. ὁ Ἀντιβάρεως. ιγ. ὁ Τζερινίκου* (l. *Τζερνίκου*). *ιδ. ὁ Πολυχερεπόλεως.* (l. *Πουλχεριοπόλεως*). *ιε. ὁ Γραδιτζίου.* Singula hujus indicis illustrare in animo habeo ob Michaelem Lequienium, qui in Oriente suo christiano provinciam suam maxima socordia administravit.

In his locis *Stephaniaca* (forsan *Stephanacia*), e septentrione Dyrrachii, proxime ad urbem nostram invenio, ad fluvium S. Stephani supra memoratum. Epiri castellum Stephanacium Justinianus imp. condidit (Procop. aedif. 4, 4). Aliis erit urbs pagusve S. Stephano supra Lissum (Elissum), ad fluvium Drinonem. — *Chunabiam* Georgius Acropolita quoque memorat cap. 67. Sedem ejus e septentrione et oriente Dyrrachii, prope ad hoc ipsum, quaero, quod Georgii Acropolitae locus in prooemio

---

prii (?) esse fertur; is tamen Michaeli Lequienio tum temporis, ut nondum editus, ad manus esse non poterat. Ultimo loco venit episcopatuum index, nomine Andronici II.; item alii quidem breviores laterculi episcopales, ultimae Graecitatis foetus, quos praeter alios Bandurius Ragusinus in Imperio suo Orientali utcumque edidit.

Michael igitur Lequienius provinciam suam quomodo disposuit et administravit? Disposuit secundum quatuor patriarchatus ecclesiae orientalis. Sed quanam ratione? Debebat fundamenti et normae instar uti Leonis Sap. indice, ut omnium plenissimo, superiora usque ad Constantinum M. e conciliorum actis, rell., quantum fieri poterat, supplens, et prolegomenorum quorundam forma, non aliter, singulis capitibus praemittens. Verum iste vir reverendus, quem exscribere multos hodie non pudet, Byzantinarum provinciarum limites eos respexit, quos e Notitia dignitatum et Hieroclis synecdemo cognoverat, posteriora nullo consilio nulloque delectu intermiscens; id quod unaquaeque libri pagina testatur. Namque opus Lequienianum regnum *Byzantinum* spectat, non christianae fidei incunabula ejusque per priora secula historiam. Ita factum est, ut vir bonus haud inutilia quidem ex suis copiis congereret, scriptoribus post ipsum venientibus profutura; sed prudenti consilio vastum hominis opus carere videtur. Namque Byzantinarum rerum Lequienius fere inscius est, atque, ut unum de multis proferam, Constantini librum de thematibus s. provinciis imperii Byzantini vix semel legisse videtur, quamquam secularis et ecclesiastica provinciarum divisio juncta fere fuit, ut alibi. Lucidum conspectum sanumque narrandi decursum in singulorum episcopatuum enarratione raro tenuit, alia aliis intermiscens. Has narrandi tenebras num luce quadam mihi in Thessalonicensibus dispergere contigerit, doctiores judicabunt. In magnis et arduis voluisse sat est.

allatus persuadet. — *Croae* sunt hodierna Croja (Ac-Hissar Turcarum, patria Scanderbegi), e vicinia puto urbis antecedentis. — *Elissus* est Alessio (Lisch), ad ostia Drinonis; Lissus Plinii H. N. 3, 26. — *Dioclea* est Plinii Doclea (H. N. 3, 26), coll. Schaffarik. Abk. der Slawen p. 165. — *Scodra* (Plin. l. c.) i. q. Scutarium, ad lacum cognominem, coll. Hadschi Chalfa in Rumel. et Bosn. p. 136. — *Dribastus* est juxta Scutarium (Melet. l. c. p. 251). — *Polatha* mihi incognita sunt. — *Glabinitza* Acrocerauniis vicina esse debet; eam habet Anna quoque Comnena ed. Paris. p. 125. — *Aulonia* est Aulon (Avlona), coll. Pouquevillio l. c. Vol. I. p. 67 sq. Leak. l. c. Vol. I. p. 1 sq. Hadschi Chalfa l. c. p. 131 sq. — *Lycinida* quibusdam erunt idem quod Lignidus s. Lychnidus; quanquam sic valde remota fuere a sua metropoli. Unde aliam urbem quaeres; namque regnum Graecorum seculis Bulgaricis (IX. X.) solam fere Illyrici oram maritimam spectabat, intus non ultra tres quatuorve leucas progressum. Forsan significatur *Lunetzi* s. *Lusna* ex oriente Aulonis, ad flumen Aoum (Voïussam), coll. tab. geogr. Franco-Galli Lapie, fol. VII. — *Antibaris* est hodiernum *Antivari*, prope fines Dalmatiae Austriacae, mari proximum, sic dicta puto quasi Barii Italici aemula, coll. Strabone 17, 19., p. 794. ed. Casaub.:... Ἀντίῤῥοδος (parva insula e conspectu Alexandriae Aegyptiacae)· ἐκάλεσαν δὲ οὕτως, ὡς ἂν τῇ Ῥόδῳ ἐνάμιλλον. Ultimo tempore Antivari sedes archiepiscopatus evasit, cum novem suffraganeis, coll. Melet. l. c. T. II. p. 250 sq. — De *Pulcheriopoleos* sede obscura adi Wesselingium ad Hieroclem p. 652. — *Tzernicum* ignoro. — *Graditzia* est hodierna *Gradista* ad Aoum inferiorem.

Ceterum Mannertus (Geogr. Vol. 7. p. 393.) boreale Illyricum Slavos non obsedisse contendit: falsum, si quid aliud. Vide quaeso in tabb. geogr. Slavica locorum nomina fere innumera. Deinde si terrae m e r i d i o n a l e s (ipsa Graecia) vocibus locorum Slavicis scatent, quanto magis idem istud de ipso Illyrico valebit, ubi nunc soli fere sedent Bulgari et Albani (Arnaútae)? — Sed pergendum in via Egnatia, quantum inter Apolloniam cum Dyrrachio et Thessalonicam patuit.

III. VIA INTER CLODIANA ET THESSALONICAM.

CLODIANA. Inter hunc locum et Dyrrachium Itinerarium Antonini habet M. P. XLIII., nulla vel mansione vel mutatione intermedia. Tabula tamen Peutingeriana post Dyrrachium habet numerum M. P. XXVI., nomine stationis a librariis omisso; deinde Clodiana M. P. XX., quod a summa itinerarii Antoniniani non valde abludit, quam non recte refert Mannertus Geogr. Vol. 7. p. 411. Locum Clodiana agnoscit etiam itinerarium Burdigalense. Est locus aliunde ignotus. An fuit prope hodiernum *Elbassan* (turcice Ilbessan)? Scampa Leakio cum Elbassano eadem esse videntur, cujus verba dedi p. 16.

MUTATIO AD QUINTUM. Eam habet solum itinerarium Hierosolymitanum. Abest a Clodianis M. P. XV. Iter jam vallem Genusi sequitur, cujus nomen tabula

Peutingeriana antea quoque habet, sc. e meridie Dyrrachii. Utrum fluvii litus significetur, sinistrum an dextrum, e tabula Peutingeriana definiri poterit: est dextrum. Tabulae tamen recentiorum geographicae, item Pouquevillius cum Beaujourio in prooemio memoratus, contrarium suadent. His testibus est Genusi transitus prope urbem Elbassan; deinde via diu pergit per montes, qui Genusi oram sinistram versus orientem sequuntur. *)

SCAMPIS. **) Proprie *Scampa*, quamquam *Scampis* ablativus esse poterit. De ea breviter egi in praeliminari commentatione; sequentur uberiora. Beatiorem civitatem vel seculo sexto fuisse, e literis legatorum pontificalium, Constantinopolin petentium, ibidem docui. Et seculo antecedenti, sc. Theodosii II aevo, Scampenses pseudocomitatenses, sub dispositione viri illustris, magistri militum per Illyricum, occurrunt in Notitia dignitatum orientis cap. VIII. p. 35. ed. Böcking., coll. editore eruditissimo p. 230 sq. Jam vero Ptolemaeus (geograph. 3, 13) Scampa Eordaeis assignat his verbis: *Ἐορδετῶν* (l. *Ἐορδαίων*) *Σκάμπεις*. Quem geographi locum si recte intelligo, hi Eordaei iidem Illyrii fuere, quos postea in Macedoniam strictioris s. vetustioris sensus transmigrasse puto, ubi inter Heracleam Lynci (Pelagoniam, Monasterium, Bitoliam) atque Edessam (Vodina Bulgarorum) sedem figentes, novam patriam Eordaeam appellabant, donec a Macedonum regibus debellati fere exstinguerentur; quanquam eorum quaedam reliquiae, itinere, ut antea, orientali, in Mygdoniam concessere, de quibus videnda Thessalonica mea p. 273.

Quod de Macedonum Eordaeis, stirpe puto Illyrica, dixi, id aliis argumentis confirmari video. In Eordaeorum Macedonum regione occurrit locus Arnissa (Thucyd. 2, 128), quam Bulgarorum Macedonicorum Ostrovae vicinam fuisse puto, coll. Leakio Britanno, apud quem (Travels in northern Greece Vol. III. p. 315) simillima leges. En vero juxta Dyrrachium (Epidamnum) in Illyrico Taulantiorum agro alia Arnissa occurrit apud Ptolemaeum geogr. 3, 12.: *Ταυλαντίων Ἄρνισσα*. Afferam alia argumenta. Inter montes Illyrico-Epiroticos et Adriam occurrunt Elymiotarum et Orestarum stirpes, coll. Ptolem. geogr. 3, 13.: *Ταυλαντίων Ἄρνισσα, Ἐλυμιωτῶν δὲ Ἔλυμα, Ὀρεστίδος Ἀμαντία*. Verum Elymiotas quoque cum Orestis ***) Macedoniam stricti sensus ha-

*) De mutatione ad Quintum bene Catancsichius Ungarus l. c. p. 641.: „Dubitat Wesselingius, quintus in Burdigalensi lapis quorsum spectet. „ „Aut VI M. P.,“ “ „inquit,“ „ „una detrahenda sunt, aut Ad quintum decimum melius erit.“ “ Neutro opus est, inquam. Quintus lapis erat ab oppido Scampis, Clodiana versus, vicis non sumtis, quos auctor itinerarii Burdigalensis ubique fere computat.“ Ita Catancsich.

**) Formam nominis Wesselingius illustravit ad Itinerarium Antonini p. 318; ad Hieroclem p. 653.

***) Operae mihi pretium videtur, eorum quaedam repetere, quae alio loco publici juris feci (Pauly, Encyclopädie der classischen Alterthumswissenschaft. Vol. I. p. 737): „Argos in Epirus und Macedonien. Unter den eilf, von Stephanus Byz. namentlich angeführten Städten er-

buisse, nota res est; neque minus, Temenidas Argivos, relicta Epiri Orestide, in superiorem Macedoniam immigrasse.

Egi de Eordaeis Ptolemaei Illyricis. Agam in transcursu de alio Ptolemaei loco 3, 13: *'Εορδετῶν* (l. *Εορδαίων*) *Σκάμπεις. Δήβομα. Δαύλια.* De ultimo loco silendum puto, quoniam nil de eo apud scriptores deprehendo. Formam *Δήβομα* corruptam esse patet. Anne legendum *Δήβρα* (*Δίβρα* novitiorum)? Duplicem certe Dibram in terra Albanorum (Scypetariorum, Arnaútarum) deprehendo ad ripam fluvii Drilonis (Drinonis): priorem, *Dibre Sipre* (Dibram superiorem); posteriorem, *Dibre Post* (Dibram posteriorem a. inferiorem). Has Dibras Georgius Acropolita Debras dicit Annal. cap. 68. (ed. Bonn. p. 154), all. Jam vero eandem ferme formam (Doberum) in Macedonia paeonica deprehendo (Thuc. 2, 98. 100); Topirum in Thracia meridionali, mari Aegaeo apposita, coll. Procop. aedif. 4, 11. ed. Bonn. p. 304. 5.), quam formam loco Doberi Macedonicae habent codices Leunclavianus et Palatinus Zosimi 1, 43 (ed. Bonn. p. 39). Verum haec hactenus.

Quando Scampa interierint, id historia tradere non videtur. Factum hoc puto seculi sexti fine, quum Avari cum Slavis in regnum Byzantinum irrumperent; vel aevo

---

scheint als siebente: *Ἄργος κατὰ Μακεδονίαν*, als achte: *Ἄργος Ὀρεστικόν*. Diese beim ersten Anblick auffallende Unterscheidung hat ihren Grund in der Geschichte. Nach Strabo 7, 7. 8. (p. 326.) zählte Epirus zu seinen Völkerschaften auch die Orestae, nach der Sage von dem flüchtigen Muttermörder Orestes so genannt, der dort ein Argos Oresticum gründete (Strabo a. a. O). Ich setze diese Epirotischen *'Ορέσται* um Ambrakia, da Stephanus sie Epirotische Molosser nennt. Das Macedonische Argos ist der bekanntern macedonischen Landschaft Orestia (Orestias) zuzuweisen, d. h. dem Macedonischen Berglande zwischen dem Thalgewinde des Haliacmon und den östlichen Illyrischen Seen (Okri u. s. w.). Ein Macedonisches Argos erscheint freilich auch bei Hierocles im Synecdemus (p. 641 bei Wesseling) neben Stobi, woraus aber eine obermacedonische Lage dieses Argos, etwa im Thale des Erigon (Tzerna), nicht folgt. Leake (travels in northern Greece IV. 122.) bezieht den campus Argestaeus bei Livius (27, 33) wo mit Recht auf das macedonische Argos, und findet dieses in dem heutigen Anasélitza (Stadt- und Thalgebiet) am obern Haliacmon (Vistriza bulgarisch, Indsché-Kara türkisch). An einen westlichen Zufluss des Haliacmon setzt er aber mit Unrecht Strabo's *Ἄργος Ὀρεστικόν*. Unterscheidet doch auch Ptolemaeus (Geogr. 3, 13. p. 158. 161. Wechel.) ganz deutlich ein Epirotisches und ein Macedonisches Orestis (Orestias), beide mit einer Stadt Amantia. Dieses, wie so vieles Andere, gehört zu der noch wenig erörterten Thatsache von dem allmäligen Vorrücken der Epirotisch-Illyrischen Völker von Westen nach Osten, welche mit der gleichfalls östlichen Einwanderung der Peloponnesischen Temeniden-Dynastie der nachmaligen Macedonischen Könige schwerlich ausser aller Verbindung steht."

Bulgarico, quum hi barbari e Scamporum vicinia paludi Lychnitidi splendidam suam regiam Ocri apponerent. Certe post annum Christi 519 Scamporum nomen in Actis ecclesiasticis omnibus omittitur.

GENUSUS FL. VII M. P. Hunc sola habet Tabula Peutingeriana. Fluvium Scombi esse, inter omnes constat. Habet vero ripas impeditas, teste Caesare b. c. III, 75. 76.

AD DIANAM M. P. IX (post Scampa). Ita Tabula Peutingeriana. Fuit fortasse Dianae fanum.

MUTATIO TRAIECTO M. P. IX. Sic itinerarium Hierosolymitanum.

Num utraque statio (Diana et Trajectus) eadem fuerit, ego nescio. Certe Trajectus aliquem Genusi transitum significabit.

MUTATIO CANDAVIA M. P. IX. (Itiner. Hierosol.). *Candavia* IX (Tab. Peutingeriana). *) Ergo non tantum montana ista regio Candavia dicebatur (v. praeviam dissertationem), sed etiam mutatio quaedam, initio fortasse montium occidentali sita. De Candaviae deserto s. saltu inter Genusum superiorem et lacum Lychnitida (Okri) nota sunt omnia. Praeter Mannertum (l. c. p. 413.) vide Catancsichium ad Tab. Peutingerianam Vol. I. p. 641. Pouquevill. voyage Vol. I. p. 76. 132. 225. 234 sqq. Leake trav. in North. Gr. Vol. I. p. 280. Candavia num eadem sit cum Bagora monte Theophylacti, Bulgarorum archiepiscopi, epist. 88. (coll. praevia commentatione), ut Wesselingio videtur ad Itinerarium Hierosolymitanum p. 608., mihi satis dubium etiamnunc videtur. De vero Candaviae ambitu deinceps agam.

TRES TABERNAS M. P. XXVIII. (Itinerar. Antonini). Idem itiner.: *Tribus Tabernis M. P. XXX.* Sed Itinerarium Hierosol.: *In Tabernas,* ubi pro *in* lege *III.* Maiores mensurae Antonini Scampa satis remota spectant; minores itinerarii Hierosolymitani vicinam Claudani (Claudiani) mutationem.

MUTATIO CLAUDIANUM M. IX (a Patris) secundum itinerarium Hierosolymitanum. A Clodianis est distinguenda. Vide nos in antecedentibus pag. 16. Mannerto haec mutatio eadem esse videtur cum ponte Servilii in Tabula Peutingeriana, quod equidem in ambiguo relinquam.

PONS SERVILII XIX. (post Caudaviae mutationem). Eum Mannertus p. 414. et Leakius in itinere Graeciae borealis Vol. III. p. 279. fluvio Driloni (Drinoni), et quidem nigro, imponunt. Falsum, si quid aliud. Drilonem ibi apprime, ubi e lacu Ocri exit, non inferius, Egnatia superat. Et inter lacum Ocri cum Lychnido et Pontem Servilii alia

---

*) Peutingerianae tabulae fere affinis ut alibi est Ravennas Anonymus, cum hoc loco, tum aliis. Ergo ille libro IV, 9: *Praesidium, Licinium, Ponservilii, Candura, Duriana.* Haec sic lege: *Praesidium, Lychnidum* (Lychnidus), *Pons Servilii, Candavia, Ad Dianam.* Praetermisit haec ut alia Wesselingius et Catancsichius. Idem *Praesidium* Anonymus paulo post denno habet, sed alio enarrandi tenore. De his deinceps agam.

mutatio occurrit, scil. Patras (Patrae). Ergo non possumus de ponte Drilonis cogitare, sed de ponte cujusdam rivi, qui ab occidente e Candavia veniens in Drilonem prope ad urbem Arnaútarum *Dibre* influit. Ita recte cum Delislio Catancsichius ad Tabulam Peutingerianam T. I. p. 641. Hic Servilii pons idem ille esse mihi videtur, quem Gothi, Italiam capturi, a. Chr. 479 transicre, Theodorico duce; de cujus itinere, per Macedoniam et Illyricum instituto, in praevia dissertatione quaedam a me exposita sunt. Causa nominis me latet, ut et Claudiani, quod a Claudiis formatum esse debet, ut inferius istud *Clodiana* a Clodiis, non a Claudiis, ut Leakio visum.

Neminem lectorum largam nominum Latinorum segetem fugisse puto, quae mansionibus et mutationibus, Adriam et finem Candaviae intercedentibus, imponuntur. A Patrarum statione incipiunt Graeca nomina et Macedonica: in ulteriore Egnatiae decursu Thracica Graecis intermiscentur. Jam vero e toto illo viae primo tenore, Latinis vocibus insigni, quid aliud fere cognosci videtur, quam coloniarum militarium copia satis magna, quibus vetus Roma, terrarum domina, Illyriorum et Epirotarum ferociam coercere volebat, ut ne suis quid obstaculi, in Macedoniam, Thraciam, Hellespontum commeantibus, nasceretur? Id quod bene illis cessisse video tum praesidiorum suorum beneficio, tum priscarum gentium s. expulsione s. diminutione tantum non internecina, quam veterum nemo Strabone melius docuit: fuit autem is auctor gravissimus Tiberio imperatori coaevus. Quanquam vel ipsi Tiberio, imperante Augusto, gravissima per Pannoniam et Illyricum bella gerenda fuere. Postea omnia ibi pacata video. Jam vero ex Illyriis Epirotisque quid factum putem, interrogabunt lectores eruditi. Omnes hos barbaros a Romanis legionibus deletas fuisse, ego nunquam crediderim: neque etiam tributorum saevitiam, quae magna ut alibi fuit, tantum valuisse puto, ut Illyricum omni hominum cultu per Romanos destitueretur. Suntque ibi terrarum, naturae beneficio, praerupta montium et deserta, in quorum latibula tyrannorum asperitas et avaritia non semper pervenisse videtur. Ita factum puto, ut residui quidam veterum Illyriorum, insitae ferociae et latrocinationis tenaces, speciem quandam maiorum postero tempori traderent, non minus quam Vlachi et Moldavi, Trajani imperatoris coloni. Fine maximopere seculi sexti Slavorum immigratio in regnum Byzantinum meridionale evenit, insequenti et deinde Bulgarorum; et haec quidem aliquanto gravior. Quid tum illis Illyriis (Albanitis, Arbanitis, Arnabitis, Arnaútis) acciderit, de eo historiam tacere video, ut de permultis aliis. A Bulgaris, qui ibi quoque sedebant, atque etiamnunc numerosi sedent, male, dum illi regnarent, habitos esse, nemo dubitabit; quanquam Bulgari, ab Arnaútis diversissima stirps, haud immites, ut et reliqui Slavi, esse feruntur. Initio seculi XI regnum Bulgarorum, cuius regia tum Ocri ad Lychnitidem paludem, eversum constat. Nihilominus seculi XII scriptor Graecus, Tzetza, omne imperium Byzantinum inter Dyrrachium, Larissam Thessaliae ipsamque Constantinopolin a solis fere Bulgaris suo aevo habitatum tradit chiliad. X. hist. 317 (p. 370. ed.

Kiessling.): *Ἀπὸ τοῦ Πίνδου ὄρους δὲ καὶ τῶν μερῶν Λαρίσσης Καὶ ἐκ τοῦ Δυῤῥαχίου δὲ πάλαι κρατοῦντες ἦσαν* (Bulgari, ipsi Tzetzae Paeones), *Μέχρι σχεδὸν τῆς πόλεως αὐτῆς τοῦ Κωνσταντίνου, Ἄχρι τοῦ αὐτοκράτορος κρατίστου Βασιλείου, Ὅς παντελῶς συνέτριψεν ἐκείνων τὸν αὐχένα, Καὶ δούλους τούτους τέθεικε τῷ τῶν Ῥωμαίων κράτει.* Cum his mirifice concinit Willermus, Tyri archiepiscopus, Tzetzae coaevus, in historiae libro secundo, cap. 4. (Gesta Dei per Francos, ed. Bongars., Vol. I. p. 653.): *Conjicere est ex his locis* (Bulgariae oppidis Niz s. Nissa et Stralicia), *qui aliquando uberiores et uberioribus commoditatibus refertae erant provinciae, quanta sit Graecorum miseria et eorum debilitas imperii. Inter quas* (boreales nationes) *Bulgarorum gens inculta, a tractu septentrionali egressa, a Danubio usque ad urbem regiam, et iterum ab eodem flumine ad mare Adriaticum universas occupaverat regiones, ita ut confusis provinciarum nominibus et terminis totus iste tractus, qui in longitudinem habere dicitur iter dierum XXX., in latitudinem vero X vel amplius, Bulgaria dicatur, miseris Graecis ignorantibus, quod hoc ipsum nomen eorum protestetur ignominiam. Super Adriaticum enim mare erat utraque Epirus, cujus alterius metropolis est Durachium* (sic), *regnum olim viri strenui et admirabilis, Pyrrhi, Epirotarum regis . . . Erant et aliae in eodem tractu provinciae, Arcadia* (l. Achaia), *Thessalia, Macedonia et Thraciae tres, quae pari cum aliis involutae sunt calamitate. Nec solum has praedictas provincias sua Graeci amiserant mollitie, sed etiam, postmodum eodem Bulgarorum subjugato populo per Basilium eorum imperatorem, in ulterioribus provinciis, et maxime, quae regnis exteris collimitant, et per quas ad eos acceditur, in utraque videlicet Dacia, etiam hodie non permittunt habitatores introire vel excoli regionem, ut silvis et frutectis loca late occupantibus nullam praestent introire volentibus habilitatem; maiorem habentes in viarum difficultate et veprium armatura, quam in propriis viribus, resistendi fiduciam. Eodem modo et Epirum primam, quae a Durachio habet initium, et usque ad montem, qui cognominatur Bagularius, itinere dierum quatuor protenditur, per quam omnes alii transitum habuerant principes, desertam et habitatoribus vacuam relinquunt, ut accedere volentibus nemora deserta et invia et alimentis carentia repagulorum vice praebeant impedimentum.* *).

*) Guilielmi memorabilem locum fere integrum dedi eam quoque ob causam, ut socordiam Bandurii Ragusini, qui Constantini Porphyrogeniti libros de thematibus (provinciis) Byzantinis commentario aliquo illustrare conatus est, notarem. Nonne enim scriptoris Latini locus ita comparatus est, ut Constantini caput primum libri secundi, quod in tota expositione omnium gravissimum est, ad verba ferme et quidem egregie illustret? Talia vero, ut alia, Ragusinus praetermittere solebat. Nec multo melius de geographia Byzantina meruit b. Wilkenius, expeditionum Byzantinarum et Comnenicarum in ceteris bonus quidem interpres; in geographicis non item. Evolve ejus librum Comnenicum, ubi sermo est

Fine seculi XII Bulgari antiquam libertatem restituere, non quidem in Illyrico, sed ad Danubium inferiorem, ubi regia eorum fuit Ternova. Albanitarum qui tum status fuerit, parum constat. Eorum in Illyrico praepotentia fini Byzantinorum regni assignanda videtur, ubi maxime eorum opera militaris mercenaria laudatur.

Verum haec hactenus. Namque a nostro narrandi deverticulo Bulgarico pes referendus ad viam Egnatiam.

MUTATIO PATRAS M. XII. Eam solum itinerarium Hierosolymitanum habet. *Parthus* legi vult Catancsichius l. c. Verum Parthus regio cum suis Parthinis Adriae multo propior fuit, de quo videndus Tzschuckius ad Pomponium Melam 2, 3, 11 (Vol. III. parte II. p. 341.). Neque aliter Leakii tabula geogr. Graeciae borealis, ubi Parthini e meridie Genusi (Scombi) inferioris collocantur. Adde b. Odofredi Mülleri tabulam Macedoniae geographicam (Ueber die Wohnsitze . . . des maced. Volks. Berolini 1825). Haec mutatio mihi, ut Petro Wesselingio, aliunde incognita est.

LYCHNIDUS. De vocis scriptione videantur Wesselingius et Mannertus.

In hujus urbis expositione alia antecessorum confirmanda, alia emendanda video, praemittens in lectorum quorundam utilitatem Mannerti narrationem (Geogr. der Gr. u. R. Vol. VII. p. 414 sq.): „*Lychnus*, *Lychnidium*, *Lychnidus* (*Λυχνοὺς*, *οῦντος*, coll. Strab. 7. p. 497. 503.) lag 19 Millien östlicher, oder 27—28 Millien von Candavia: *) die alte Hauptstadt der Dessaretier (immo Dassaretier), deren Sitze und Flecken sich über die benachbarte Candavia verbreiteten. Bis in diese Gegend hatte der ältere Philipp seine Herrschaft gegen die Illyrier verbreitet (Diodor. 16, 8.). Die Römer hatten sie schon im Besitz, als Gentius noch über die Illyrier regierte (Liv. 43, 9.). Sie blieb auch in ihren Händen, und wurde ein Hauptpunct der angelegten Strasse. Daraus lässt sich auf Wohlhabenheit und einige Grösse schliessen, obgleich die alten Schriftsteller uns keine Merkwürdigkeiten von dieser Stadt erzählen. Erst aus spätern Zeiten erfahren wir, dass sie eine gesegnete, wohlhabende und feste Stadt war, welche auf einer Anhöhe lag, und viele Quellen in ihren Mauern hatte. **)

---

de expeditione Normannorum Thessalica; dein de expeditione eorundem cruciata, brevi post per Bulgariam, Illyricum et Macedoniam suscepta. Neque meliora Wilkenius assecutus est, ubi in libro suo, de expeditionibus cruciatis conscripto, Germanorum iter e Danubio per Haemum enarravit. De erroribus ejus, quos in Bonifacii, Thessalonicensium regis, itinere Thessalico commisit, alio hujus dissertationis loco agam.

*) Mannertus de Candavia statione loquitur, non de Candavia monte. Et recte quidem. Ubi enim in itinerariis numeri latini leguntur, ibi statio peculiaris intelligenda est, non totus aliquis tractus, licet eodem, quo statio, nomine insignis.

**) Malchus p. 250. ed. Bonn.: *Λυχνηδὸν* (sic) . . *ἐπὶ ὀχυροῦ κειμένην, καὶ πηγῶν ἔνδον πλήρη*. Ex his fontibus verus Lychnidi situs postero tempore definiri posse videtur. Addo Cedrenum Vol. II.

Die spätern lateinischen Itinerarienschreiber verderbten ihren Namen in *Lignidus*, und im Hierosolymitanum wird sie sogar Cledus genannt. *) Die Stadt fand vielleicht in den Gothischen Kriegen des fünften Jahrhunderts ihren Untergang; **) wenigstens ist es auffallend, dass weder Procop bei den vielen Orten, welche Justinian in dieser Gegend erneuerte, niemals Lychnidus nennt, und eben so wenig Hierocles. ***) Vielleicht stellten sie die Bulgaren wieder her. — Sie ist noch jetzt unter dem Namen *Akrita* oder *Achrida* vorhanden, steht aber auf unsern Charten zu weit gegen Norden. Die Stadt war wenigstens im neunten Jahrhundert auf einige Zeit Sitz eines Bulgarischen Königs, und bekam nebst dem See von dem Könige Mochrus den neuen Namen *Achris* und *Achrita*, welchen sie noch bis auf den heutigen Tag trägt (Anna Comn. p. 371. Cedren. II. p. 713.). Im Mittelalter unterschrieben sich die griechischen Bischöfe gewöhnlich: Erzbischof von Justiniana prima und von Achrida (*Ἀχρι-*

---

p. 468. ed. Bonn.: *Πόλις δὲ ἡ Ἀχρὶς ἐπὶ λόφου κειμένη ὑψηλοῦ, ἔγγιστα λίμνης μεγίστης, ἐξ ἧς ποιεῖται τὰς ἐκβολὰς ὁ Δρῖνος ποταμὸς πρὸς ἄρκτον ἰὼν . . . μητρόπολις οὖσα τῆς πάσης Βουλγαρίας.* Ubi post vv. *λίμνης μεγίστης* sic pergit codex C.: *Λυχνιδοῦ καλουμένης, ἀφ' ἧς καὶ ἡ πόλις Λυχνιδὸς ἐπικαλεῖται ὁμωνύμως τῇ λίμνῃ, Δυασσαρίτης* (l. *Δασσαρῆτις*) *ἔκπαλαι καλουμένη.* Sequuntur deinde quaedam de piscibus Lychnitidis, Straboni respondentia; postremo alia narrantur de canalibus, sc. initio Drini fluvii. De his omnibus v. Nos paulo inferius.

*) Tales scribendi sordes librariis debentur.

**) Mannertus Malchum negligenter inspexit. Is enim Gothis urbem restitisse claris verbis testatur p. 250. 256. ed. Bonn.

***) Lychnidus reparatione fortasse supersedere poterat, ut etiam Thessalonica, quae ipsa quoque in catalogo urbium reparatarum, ut Lychnidus, non legitur, cum antea Zeno imp. id praestitisset. De his v. Nos in Thessalonicensibus p. 178 sqq. Lychnidum vero claris verbis habet Hierocles in synecdemo (p. 393. ed. Bonn.): *ιγ'. Ἐπαρχία νέας Ἠπείρου, ὑπὸ κονσουλάριον, πόλεις θ'. Δυῤῥάχιον, ἡ ποτε Ἐπίδαμνος· Σκάμπα· Ἀπολλωνία· Βοῦλις* (sic)· *Ἀμαντία· Πουλχεριούπολις· Αὐλών· Λυχνιδοὺς μητρόπολις· Λιστρῶν καὶ Σκεπῶν.* Ultima corrupta esse, unicuique patet, coll. Wesselingio p. 433. Maximam suspicionem, quod Wesselingius non vidit, movere debebat usus particulae *καὶ* inter *Λ.* et *Σ.*, in talibus Hieroclis enarrationibus prorsus incognitus. Ceterum *μητρόπολις Λιστρῶν καὶ Σκεπῶν* jungi posse nego. Desiderantur alia urbium nomina, a Lychnido discreta. Ergo voces *Λ.* et *Σ.* nominativi erunt. Forma *Λιστρῶν* e Ptolemaeo corrigi posse videtur. Is enim geogr. 3, 13. p. 161. ed. Wech.: *Ἐορδετῶν* (l. *Ἐορδαίων*) *Σκάμπεις· Δήβομα* (l. *Δήβρα*)*· Δαύλια. Αἰστραίων Αἴστραιον. Παιονίας Δήβορος* (l. *Δόβηρος*). Jam attende ad tenorem Ptolemaei geographicum. Primo venit Scampa etc.; deinde Aestraeum; postremo Doberus. Ergo Aestraeum quoddam Illyrica quoque regio habuit (prope Lychnidum, puto), non tantum Macedonia Thracica (Liv. 40, 25., sc. prope Strumpitzam Bulgarorum). Apud Hieroclem igitur *Αἴστραιον* lege, pro insano *Λίστρων* (*Λύστρων*). Vocem *Σκεπῶν* intentatam relinquo. Alia tamen vide apud Wesselingium.

δῶν), und liefern dadurch den Beweis, dass beide Orte verschieden, obgleich unter dem nemlichen Metropoliten vereint waren (Crusii Turcograecia p. 341.). — Sie liegt am See *Lychnitis* oder *Lychnidia*, welchen schon Polybius (5, 8., coll. Diodor. 16, 8. Scymnus Chius v. 429.) nennt. Strabo (p. 508.) spricht von mehrern Seen, weiss, dass sie sehr fischreich sind, und dass hier viele Fische gesalzen und geräuchert wurden. Scymnus kennt zwar den See Lychnitis, aber nicht die an demselben liegende Stadt. — Aus dem See entspringt der Fluss *Drymon* (der schwarze Drino), fliesst anfangs gegen Norden, und dann gegen Südwesten bei Lissus in das Meer (Anna Comnena p. 371.)." His praemissis, quaedam observanda sunt de Lychnidi nomine, situ, historia.

Nomen Graecum esse volunt, a lacu cognomine sumtum, cujus aquae limpidissimae (pellucidae) esse dicuntur; quod ego neque affirmaverim, neque negaverim. Illyrici certe finis in hoc lacu nondum quaerendus est, sed initio Lynci, ubi mons Pieria occurrit, teste Cantacuzeno 2, 21.: *Τῇ Ἀχρίδι, πόλει ἑσπερίῳ ὑπὸ τὴν Πιερίαν τὸ ὄρος κειμένῃ.* Pieriam vero, regionem montanam, ipsa quoque Macedonia stricti sensus habuit, juxta sinum Thermaeum occidentalem et montem Olympum; in quam hos Illyrios immigrasse statuo, donec ultra Strymonem a Macedonum regibus amoverentur, ubi aliam (tertiam) Pieriam incolebant. In voce loci Illyrica Macedones graecissasse puto, ut Byzantini e Bulgarico *Ocri* suum *Ἀχρὶς*, plur. *Ἀχρίδες*, formarunt; quod quare Pouquevillius in epistola mihi data neget, sc. *Ocri* et *Achrida* diversa esse oppida, ego nondum perspexi. Alias barbarorum voces satis multas Byzantini linguae suae genio adaptarunt more veterum Graecorum; cujus rei cum multa exempla afferre possim, praetermittere talia satius habeo. Achridae et Lychnidi situm distinguere Pouquevillius cum aliis poterat; sed formae *Ocri* et *Achris* non differunt. *)

In situ quoque hujus metropoleos definiendo a recentioribus dissentio. Mannertus veterem Lychnidum non ipsam urbis Ocri sedem habuisse putat, i. e. non in fine lacus boreali, sed potius in ripa Lychnitidis meridionali. Idem Leakio videtur, cujus verba (North. Gr. Vol. III. p. 281.) repetere lubet: „As there was a distance of about 17 M. P. from the bridge of Servilius to Lychnidus, this chief city of the Dassaretii was near the soutern extremity of the lake, on the eastern shore, where the road, after having been diverted by the lake to the northward of its general direction, recovered that line by following the eastern shore from the bridge of Servilius to Lychnidus.

*) De his videatur *Schaffarikius* in libello bonae frugis plenissimo: über die Abkunft der Slawen, nach Lorenz Surowiecky. Ofen 1828. p. 171. Aliam Bulgarorum Achridem (Rhodopen Thracicam) in fine totius commentationis illustrabo.

From thence it crossed the mountains which rise from the eastern side of the lake into the plains watered by the Erigon and its branches. These mountains, which have a north and south direction, are divided into two parallel ridges by a longitudinal valley, where are situated Peupli and Prespá, and, if I am rightly informed, three lakes, *) of which the southern, called that of Ventrók, sends forth, as I have before observed, the river which flows through the pass of Tzangón, and forms the principal, or at least the longest branch of the Apsus, and which I suppose to be the Eordaïcus of Arrian (Exped. Alexandri 1, 5)". **) Tabula quoque Lapiei (fol. VIII) Lychnidi rudera quaedam meridionali paludis orae, et quidem ex oriente, apponit.

In his, inquam, a doctis iterum dissentio. Leakius in iis errasse videtur, quae de ultima Candaviae parte narravit. Ibi enim neglecta Patrarum statione viam nostram versus urbes Dibras duci vult; quod quam falsum sit, supra ostendi. Nam Pons Servilii non Drilonem fluvium spectat, sed rivum quendam, qui Driloni miscetur ab occidente, vel ipsum adeo Genusum (Scombi), Lychnidi vicinum. Ergo is pons fere in locum Arnaútarum *Kukusi* incidit, qui ab Okri oppido septem leucarum spatio (M. P.

---

*) De his lacubus egi in praefatione, ubi attendendum est ad Strabonis usum pluralis numeri. Hos lacus non illustravit Mannertus, cujus verba supra dedi p. 30.

**) Arrianus l. c.: *Ἀλέξανδρος δὲ παρὰ τὸν Ἐριγόνα* (Tzernam Bulgarorum) *ποταμὸν πορευόμενος, ἐς Πέλλιον πόλιν ἐστέλλετο· ταύτην γὰρ κατειλήφει ὁ Κλεῖτος, ὡς ὀχυρωτάτην τῆς χώρας. Καὶ πρὸς ταύτην ὡς ἧκεν Ἀλέξανδρος, καταστρατοπεδεύσας πρὸς τῷ Ἐορδαϊκῷ ποταμῷ, τῇ ὑστεραίᾳ ἐγνώκει προσβάλλειν τῷ τείχει.* Pellium (Pelium) Dassaretiorum esse constat, qui teste Strabone 7, 7, 8. p. 326. Lychnitida paludem accolebant, coll. Liv. 31, 40.: *Ab Celetro in Dassaretios processit, urbemque Pelium* (sic) *vi cepit.* Ex his bene vides, ubinam Arriani fluvius Eordaicus quaerendus sit. Nequaquam ibi revera, ubi Apsum fl. (s. Voïssam) habemus; significatur Genusus (Scombi), e septentrione et oriente Apsi. Consul Romanus, Celetro Macedonico (Castoria) relicto, per vallem Biklistae (Haliacmonis superioris) Dassaretios petiit; ergo Pelium (Pellium) vix aliud esse poterit, quam hodiernum Devol (Deabolis), aut Georts cha. Egregie igitur Arrianus Ptolemaeo opitulatur, qui Scampa Eordaeis Illyricis, Genusi fluvii accolis, assignat. De Alexandri M. itinere haec addo. Relicta Heraclea (Bitolia) initia Genusi petebat, quae sunt in ea valle, ubi hodie sunt Bulgarorum lacus Prespa et Drenovo, cett. Ipsa vero urbs Prespa Arriani Pellium esse non poterit, quia scriptor in copiosa illius expeditionis enarratione lacuum unum vel alterum vix puto praetermisisset, e quibus Genusus (Eordaïcus) oritur. Arrianei loci lectionem futuro peregrinatori, ut in ipsis istis locis vetera cum novis compararet, commendatam velim. Postremo si Müllerus (über die Wohnsitze . . . des macedon. Volks p. 14. 18.) Eordaïcum Erigoni (Tzernae) ex Eordaea Macedonica misceri putat, admodum falsus est. Pellium (Pelium) Livii et Arriani fuit urbs Dassaretiorum. Ergo Eordaïcus Arriani fluvius est Genusus (Scombi) superior, nomine ab Eordaeis tracto, qui potiora vallis tenebant. Et vide, ne Dassaretii pars Eordaeorum Illyricorum (Scampensium Ptolemaei geogr. 3, 13) fuerint.

XVII vel XIX) dirimitur. Quodsi de Drilonis quodam ponte juxta Dibras cum Leakio aliisque cogitas, tum plura M. P. efficientur, quam quae in ipsis Itinerariis occurrunt. Quare, donec probabiliora afferentur, acquiescendum erit in aliorum sententia, qui Lychnidum ab Achride *) non distinguendam esse censuerunt. **)

Lychnidi metropolis, cujus et Scamporum civitatis numos nondum vidi, post Justinianum imperatorem, cujus aevo Hierocles assignandus dicitur, in quorum barbarorum manus et quando venerit, scire velim. Bulgarorum fuerat per aliquot secula, quum initio undecimi sub jugum Byzantinorum rediret. Antea fortasse alii Hyperborei tenuere, Avari forsan cum Slavis. Dirutam unquam fuisse, nullibi inventum puto. Bulgaros regiam suam in amoenissima Illyriorum (Arnaûtarum) urbe collocasse puto, quos posteriores XIV seculo invenio inter Deabulin et Achridam, coll. Cantacuzeno I, 55.: *Ὀκτὼ δὲ ἡμέραις* (a. 1328) *τῇ Ἀχρίδι ἐνδιατρίψαντα βασιλέα οἵ τε τὰς Δεαβόλεις νεμόμενοι Ἀλβανοὶ* (Albanitae) *νομάδες καὶ οἱ τὰς Κολωνείας, ἔτι δὲ καὶ οἱ Ἀχρίδος ἐγγὺς, προσεκύνησαν ἐλθόντες.*

Lychnidi (Achridis) metropoleos status inter Justinianum et Basilium Bulgaroctonum (sec. VI—XI) impp. quinam fuerit, nondum ego extricavi. Et Michael Lequie-

*) Catalogus urbium, quae subsequenti aevo nomen mutarunt (Bandurius ad Constantinum Porphyrog. de thematibus I. p. 281. ed. Bonn.): *Τρίβαλλις ἡ Ἀχρίδα.* Ubi lege *Πρίβαλις ἡ Ἀχρίδα.* Erat enim *Ἀχρὶς* (Lychnidus) Praevalitanae Romanorum provinciae urbs. De Triballis (Serbis) cogitari non potest. Bulgari Lychnidum tenuere, non Serbi. Ibidem locorum occurrit urbs Selasphorus, quam eandem esse cum Deaboli idem index perhibet his verbis: *Σολάσφορος* (all. *Σελάσφορος*), *ἡ νῦν Διάβολις.* Huius nomen A. Maius ut adjectivum male legit apud Ephraemium in Caesaribus v. 8601 sqq. (p. 345. ed. Bonn.): *Ἅμ' Ἰλλυρικῷ καὶ Δυῤῥαχίῳ πόλει, Ἔτι Πριλάπου, Πελαγονίας ὅλης, Κλεινῆς Ἀχρίδος, σελασφόρου καὶ Πρέσπης.* Verum *nobilis* (*σελάσφορος*) tum non erat Prespa Bulgarorum, dudum sc. ignobilis. Deinde inter Prespam et Achridam desideramus Deabolin (Devol). Ergo Ephraemii ultima sic lege: *Κλεινῆς Ἀχρίδος, Σελασφόρου καὶ Πρέσπης.* Sic habebimus tres urbes, non duas.

**) Achridem et Lychnidum non diversas urbes fuisse, Byzantini crediderunt. Ephraemius v. 7669.: *Ἀχρίδα καὶ Πρίλαπον* (Pirlepe), *Πελαγονίαν* (Bitoliam). Idem v. 8091.: *Πρέσπαν, Διάβολιν, Ἀχρίδα, Ἀλβανὸν ἅπαν.* Idem v. 9149.: *Δι' Ἀχρίδος πέφθακεν Ἀλβανοῦ τόπον.* Jam vero idem Ephraemius de eadem urbe Achride v. 8728 sq. haec habet: *Λυχνιδὸν πόλιν ... Διάβολιν καὶ Καστορίαν.* Talia purismum scriptorum Byzantinorum circa Graecas voces spectant. Barbaricis urbium nominibus, id quod nemo notabit, uti revera debebant. Nonnumquam tamen veteribus vocibus utebantur, sc. ne antiquitatis plane obliti viderentur. Cantacuzenus tamen, puritatis studiosior aliis, fere semper Edessae nomine utitur pro Bodinis; bis tamen Bodinis. V. nos in Thessalonicensibus p. 308 sq. De Achridis et Lychnidi *ταυτότητι* adde subscriptionem episcopalem apud Mich. Lequienium in Oriente Christiano Vol. II. p. 287 sq.

nius in suo catalogo aliorum Bulgarorum, forsan borealium, episcopos Achridensi metropoli falso assignare videtur.

De Justiniana prima (Justiniani imp. patria) a Lychnido s. Achride distinguenda post Petri Wesselingii egregiam expositionem (itiner. Antonini p. 652 sqq.) si quid addere in animo haberem, acta agere omnibus viderer. Adeo vir egregius veterum commenta delevit. Est reapse Justiniana prima nil aliud, quam Turcarum urbs *Kostendil*, prope fontes Strymonis (Strumae), ubi ad Serbos meridionales et Maritzae (Hebri) fontes e Dardania transitur, coll. Thessalonica mea p. 246. Hadschi Chalfa in Rumelia et Bosnia p. 22. Ibi autem locorum, sc. in Dardania orientali, Justinianum imperatorem natum esse, nota res est, coll. P. Wesselingio ibid. Justinianae primae titulus metropolitanus cur Achridensi metropoli annexus fuerit, ejus rei causam nondum inveni. Erat fortasse is honor mere externus, sine re. Malim tamen sic statuere, ut quodam tempore Justinianae primae metropolis ad Achridam usque patuisse putem. Ita postero tempore, in honorem antiquitatis, utriusque metropoleos nomina, ut alibi, juxta ponebantur.

Tempore Photianae synodi Bulgariae meridionalis dynastae christiani Achridem, ut sedem Graeci suorum metropolitae, elegisse videntur, licet Byzantino regno nondum isto tempore obnoxii, coll. Lequienio l. c. p. 291. Ultimorum seculorum dioecesin Bulgarorum Achridensem exponit idem Lequienius. *) Multum ea patuit. Erant enim partes ejus Lychnitidis lacus accolae; Lyncus veterum Macedonum; Eordaea vetus; Pelagonia vetus; Maedica (thracica), all. Sic fere inter Justinianam primam (Kostendil) et Adriam patuit. Namque Strumbitza ibi memoratur, quae vergit ad Strymonem fluvium; accedit Canina, Adriae apposita. Achridensem dioecesin quondam inter Axium (Vardarium) et Drilonem fl. locum habuisse, ex epistolis Theophylacti, tempore

*) Oriens Christ. l. c. p. 283.: „Achridae metropoli decem olim episcopatus suberant sexque insuper metropoles aliae. Hodie vero Achridenus septem metropolitas, totidemque episcopos sibi obnoxios numerat. Metropolitae sunt 1. *Castoriae* [Göl-Kesrje Turcarum]. 2. *Pelagoniae, quae nunc Bitolia* [Bitolia, Monastir] *dicitur, et Perlepi* [Prilapus Byzantinorum, Pirlepe Turcarum]. 3. *Edessae, quae hodie Bodena vel Bodana* [Vodina]. 4. *Corytzae* [Geordschae, infra urbem Devol] *et Selasphori* [Devol, ad initia fluvii Scombi]. 5. *Belegradorum* [Arnaút-Bieligrad] et *Caninorum* [juxta mare Adriaticum]. 6. *Tiberiopolis* sive *Strumnitzae* [initio ejus fluvii, qui in fluvium Strumam s. Strymonem ob occidente incidit]. 7. *Grebenorum* vel *Grebeni* [in Macedonia occidentali, coll. Leak. trav. in North. Gr. I. 302]. Episcopi vero: 1. *Sisanii* [mihi non constat]. 2. *Moglinorum* s. *Moglenorum* [juxta Edessam s. Vodina]. 3. *Moleschorum* aut *Moleschi* [Moleka]. Unus nunc Moglenorum et Moleschi episcopatus factus est. 4. *Presporum* [Prespa, ad lacum cognominem]. 5. *Dibrorum* [Dipre Sipre et Dibre Post]; uterque vero episcopatus in unum nuper evaluit. 6. *Citzaborum* [Critzovo juxta Pirlepe?] 7. *Corae* et *Mocrae* [Doiae et Mocri?].“

Alexii Comneni I., Bulgarorum archiepiscopi, didiceram (Opp. ed. Ven. T. 3. p. 671). Verum alibi talia diligentius expunam. Quaedam enim Lequienii mihi suspecta videntur.

Achridem imperante Alexio I Comneno (1081 — 1118) thema (provinciam) singulare fuisse, testatur Theophylactus, Bulgarorum metropolita, epist. XIV. (Opp. ed. Ven. Vol. III. p. 726.): *Τὸ γὰρ τῆς Ἀχρίδος* [adde *θέμα*], *πανσέβαστε ἡμῖν ἀντιλῆπτορ, εἰ μὴ ὑπὸ τῆς κραταιᾶς σου χειρὸς περιέποιτο, θᾶττον ἢ ἐλπίσαι ἐκ μέσης Βουλγαρίας οἰχήσεται. Μικρόν τε γάρ ἐστι καὶ πανάπορον καὶ ὀλιγελαίαν* [l. *ὀλιγηπελίαν*, virium defectionem] *νοσοῦν, πάντων θεμάτων οἰκτρότατον... Ἱκανῶς γάρ, ὡς ἔφην, οἱ ἐκβληθέντες τὴν τοῦ θεματίου μείωσιν ἐξειργάσαντο. Οὐ γὰρ Πελαγονία τὰ ἡμέτερα, ἀλλ' ἡ παροιμιασθεῖσα βραχεῖα Μύκονος.* In his metropolita pro suis adit majorem aliquem Byzantini imperatoris magistratum, huic puto regioni praesidentem, ut ne Achridensium regio, Pelagoniâ (agro superioris Tzernae s. Erigonis cum adjacentibus versus boream et orientem) multo minor minusque etiam fecunda, peditum nimio delectu ad ultimam inopiam redigatur.

Cui maiori themati (provinciae) Ocri (Achris) tum temporis, i. e. imperante Alexio I Comneno, attributa fuerit, id nondum, ut alia, constare videtur. Putem tamen, Achridam tum fuisse, ni semper, partem Thessalonicensis thematis, non Dyrrachini: namque eam cum Thessalonica urbe plus commercii, quam cum Dyrrachio, habuisse, significare videntur Theophylacti epistolae. Deinde maior episcopatuum Achridensium pars, si Lequienio fides habenda (Theophylactus pauca refert de suis suffraganeis), veteri Macedoniae assignanda est, non Illyrico.

De *Mocro*, Achridensis provinciae parte boreali, ejusdem Theophylacti verba dedi in praevia commentatione. *Crameam* tabulae Peutingerianae eidem provinciae paulo inferius vindicabo. Hodiernam Achridem Pouquevillius illustravit in itinerario Graeco ed. II. libro VII. cap. VI. Pergo in Egnatia illustranda.

MUTATIO BRUCIDA M. XIX. *) Deinde itinerarium Hierosolymitanum, in quo solo haec mutatio legitur, sequentem locum addit: FINIS MACEDONIAE ET EPIRI. Sequitur in eodem: CIVITAS CLEDO (Lychnidus) M. XIII. Istum finem deinceps respiciam.

Ergo post Lychnidum iis, qui Macedoniam petebant, proxima mutatio *Brucida* fuit. Vocem corruptam esse, cum Petro Wesselingio non dubito. Is vero p. 607.: „An *Brugiada?* Urbem Macedoniae *Brygiadem* Stephanus memorat (a Brygis, gente eius regionis in Illyricum vergentis, ut credibile fit, appellatam)." Haec Wesselingii

*) M. P. XIX., sc. ab antecedenti mutatione Parembole, itinere inverso. Itinerarium enim Hierosolymitanum a Macedonia ad Adriam ducit; reliqua itineraria ab Adria in Macedoniam.

opinio, si quid aliud, multam veri speciem prae se ferre videtur. Etenim Brygae revera ibi locorum sedebant, Dassaretiorum puto particula, vel etiam Lyncestarum, coll. Stephano p. 83. ed. Westerm.: Βρυγίας [lege Βρυγιάς], πόλις Μακεδονίας. Τὸ ἐθνικὸν Βρύγιος καὶ Βρυγιεύς. Idem ibidem: Βρὺξ τὸ ἔθνος, καὶ Βρυγαί [l. Βρύγαι]. Εἰσὶ δὲ Μακεδονικὸν ἔθνος, προσεχὲς Ἰλλυριοῖς. Hos Brygas a Lychnitide in Macedoniam strictioris sensus, i. e. in regionem supra Berröam (Cara-Verjam Turcarum), immigrasse puto, non aliter, ac Dassarenses (Liv. 45, 26.), prope Scodram (Scutarium, Scutari) sedentes, quos cum *Dassaretiis* (Liv. ibid.), Lychnidi accolis, eosdem esse puto, a borea versus meridiem progressi videntur.

De Phrygibus Illyrico-Macedonicis mutata in quibusdam repetere libet, quae nuper narravi in libro: Real-Encyclopaedie der classischen Alterthumswissenschaft, edente Augusto *Pauly*, Vol. I. p. 1183.: „*Bryges*, *Brygi*, eine nördlich von Berröa (Cara-Verja der Türken), in den sogenannten Gärten des Midas (Herodot. 8, 138. und dort Bähr) wohnende, vermuthlich aus dem benachbarten Illyrien eingewanderte, ungriechische Bevölkerung, die noch um die Zeit des Perserzuges unter Mardonius dort sass (Herodot. 6, 45.). Die Alten lassen einen Theil derselben in unbekannter Zeit nach Vorderkleinasien auswandern, und dort das Lydisch-phrygische Reich stiften (Herodot. 7, 74. Strabo 7, 3, 2. S. 295. Vergl. Dens. 10, 3, 16.). Die Macedonier sprachen ihren Namen Βρίγες aus (Herodot. 7, 74. Stephanus Byz. u. d. W. Βρίγες). Der letztere Geograph u. d. W. Βρίγες nennt (vielleicht aus Strabo 7, 3, 2.) diese macedonischen Phrygier *Thrazier*, wie in der That auch anderwärts im Altmacedonischen (zwischen dem Peneios und Axios), nebst Chalcidice, allenthalben viele Thrazier sassen; wenn anders nicht Macedonien in der vorgeschichtlichen Zeit überhaupt thrazisch war. Dann könnten die thrazischen Brigen des Stephanus auch Theile der Brigen um Berröa seyn, von denen einige, auf ihrer östlichen Auswanderung (nach Asiatisch-Phrygien), im europäischen Thrazien (östlich vom Strymon) zurückgeblieben wären. Zu diesen Macedonischen Brygen (Brigen) zähle ich namentlich auch die von Stephanus Byz. (u. d. einzelnen Worten) angeführten Macedonisch-Illyrischen Orte *Brygion* und *Brygias*, so wie die *Bryges* am illyrischen See Ocri." De his ita Stephanus Byz.: Βρίγες, ἔθνος Θρᾳκικόν. Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ (cap. 74.)· „οἱ δὲ Φρύγες, ὡς Μακεδόνες λέγουσι, καλέονται Βρίγες." Καὶ Βριγία ἡ Τρωϊκή, τουτέστιν ἡ Φρυγία, ἀπὸ Βρίγου τοῦ κατοικήσαντος ἐν Μακεδονίᾳ. Herodoti locum (7, 74.) ducte, ut assolet, Schöllius illustravit in suae Graeci scriptoris interpretatione theotisca p. 872.

Hierosolymitanus viator inter Brucidam (Brygiadem) et Cledum (Lychnidum) addit: FINIS MACEDONIAE ET EPIRI. In his Macedonia non vetustissimo quidem sensu intelligenda erit, sed eo, quo Philippi I. tempore intelligebatur. Is enim ad istum Illy-

rici terminum teste Diodoro Siculo 16, 8. regni Macedonici fines protulerat. Postea docti veteres Macedoniam cum Epiro et Illyrico Macedoniam dicebant, quia in istis regionibus (Epiro, inquam, et Illyrico) primo cum Macedonibus conflictati, postremo (ante Chr. 168.) hos ipsos sibi subjecerunt. Verum is usus loquendi privatus fuit, non publica auctoritate nitens. Illyricum et Epirum senatus Romanus cum suis imperatoribus Epirum veterem et novam nuncupabat.

In Epiro Hierosolymitani viatoris consuetudo Latina obtinet, quam modo memoravi. Etenim supra Lychnidum vetus Illyrici limes fuit (tempore Philippi I.), non Epiri.

Verum de *Finibus* Hierosolymitani viatoris diligentius aliis inquirendum esse videtur. Simillime enim in eodem fere Macedoniae tractu etiam Ravennas Anonymus habet I, 9.: *Edessa, Cellis, Euriston, Ceraune, Istuba, Heraclea, Nicea, Praesidium, Fines.* Edessam Cellasque paulo inferius invisam. Pro forma *Euriston* tabula Peutingeriana *Euristo* habere videtur, de quo loco videatur Catancsichius ad Tabulam Peutingerianam Vol. I. p. 654. Docti volunt esse *Aestraeum*, quod mihi dubium esse videtur. Namque hoc Aestraeum, ut alibi docere memini (Thessalonica p. 314.), idem esse videtur cum oppido Bulgarorum Macedonicorum Strumitza, initio vallis fluvii Strumitza (minoris Strymonis), qui majorem Strymonem ab occidente petit. Corrupta forma *Ceraune* magis facit ad nostram disputationem. Eam sana lectione primus habet Tabulae Peutingerianae auctor: *Lychnido, Euristo, Ceramie* (*Ceramia*), *Heraclea.* Sequitur Anonymus Sancti Demetrii §. 196. (Acta SS. ad Octobr. VIII.): *Κρατῆσαι τὸν Κεραμήσιον κάμπον.* Situm loci non male aperit Georgius Pachymeres in Michaele Palaeologo 4, 32. (ed. Bonn. T. I. p. 335.): *Προςβαλόντες τῷ* (l. *τῇ*) *Ἀχριδῶν Κεραμέᾳ.* Haec igitur Ceramea inter Lychnidum (Ocri) et Heracleam Lynci (Pelagoniam, Bitoliam, Monasterium) quaerenda erit; incertum, quo loco. Docti apud Catancsichium (ad Tab. Peuting. Vol. I. p. 655.) varia hariolati sunt, quae repetere piget. Cerameam a figulorum fabricis nomen traxisse opinor, ut Ceramicum Athenarum etc. Haec viae Romanae pars, quatenus Tabulae Peutingerianae auctor cum Ravennate eam refert, cum via reliquorum itinerariorum Egnatia non prorsus eadem mihi esse videtur, quanquam maxime vicina e septentrione. Ravennatis Anonymi locus *Istuba* erit *Stobi* (in Pelagonia), non *Astapus* Paeonum. Id suadet Anonymi tenor narrandi. De *Nicea* (Nicaea) et *Praesidio* v. Nos deinceps.

Venio ad locum Hierosolymitani viatoris nomine FINIS MACEDONIAE ET EPIRI. Haec verba doctis idem esse videntur quod additamentum quoddam viatoris historicum de finibus Macedoniae veteris. Id ut haud nego, ita aliud subesse puto. Namque formae *Fines, ad Finem, ad Fines,* cett., sunt Romanorum voces propriae in ipsorum geographia, coll. Wesselingii indico itinerariorum s. vv. Unde veterem Macedoniae et Epiri (*Illyrici*) finem FINES a Romanis dictum existimo.

De finibus Macedoniae et Illyrici supra Lychnidum statuendis Strabonianus locus occurrit libro 7, 7, 4 (p. 322. ed. Casaub.): Ἡ δὲ πρώτη (prima Egnatiae sectio) ἐπὶ *Κανδαουΐας* *) λέγεται, ὄρους Ἰλλυρικοῦ διὰ Λυχνίδου πόλεως καὶ *Πυλῶνος*, τόπου ὁρίζοντος ἐν τῇ ὁδῷ τήν τε Ἰλλυρίδα καὶ τὴν Μακεδονίαν. Is locus Πυλὼν (*Portae*, dixerim) nomen proprium cujusdam stationis mihi fuisse videtur, in Pieria monte pute: an Ravennatis Anonymi *Fines?* Erantne angustiae a Philippo I munitae? Nihil ut alibi decerno: interrogasse satius habui.

SCIRTIANA M. P. XXVII. De voce v. Wesselingium ad itineraria p. 330. *Scirtarios*, Illyriorum stirpem supra Dyrrachium e borea, Plinius habet N. H. 3, 22. An hi in nostram Macedoniae partem (Lyncum) immigrarunt? Et *Scirtonas* etiam Ptolemaeus memorare fertur, ut Macedoniae accolas (Σκίρτωνες πρὸς τῇ Μακεδονίᾳ): Cellarius tamen, Wesselingius, Mannertus all., e quo Ptolemaei loco sua hauserint, non significarunt: certe in libro geographiae tertio, cap. 13., ubi talia exspectabam, Scirtonas non invenio. Cum loco quodam Turcarum *Istriga* s. *Istirga* recentiorum quidam Scirtiana veterum comparant (Reichardi orbis antiquus); quod mihi ut tot alia ambiguum esse videtur. Ipse enim hujus Istrigae situs incertus est.

Post urbem Ocri (Lychnidum) via Egnatia Pieriam montem petiit, eoque superato Bulgarorum urbem Resnam; hinc alia montium praerupta (Genusi initium) permeanda erant usque ad Bitoliam (Heracleam Lynci, Pelagoniam). Et hac viae parte Turcae etiamnunc utuntur. Alius vero et secundus nunc trames e Bitolia vallem Genusi petit; quem ab Egnatia ego prorsus distinguo. Namque vetus Romanorum via, relicto prope Patras Genuso, ad Lychnidum (Ocri) tendebat. **) Quae in antecedentibus de via nostra exposui, omnem veri speciem, si quid aliud, prae se ferre mihi videntur. Via enim, quae per Resnam ducit, est valdo compendiaria, atque etiamnunc publica

---

*) Candaviam inter Candaviae stationem et urbem Lychnidum (Ocri) poni constat. Alia tamen suadet Ptolemaeus geogr. 3, 13 (p. 130. ed. Wechel.): Ὁ δὲ Ἀλιάκμων ποταμὸς (oritur) ἀπὸ τῶν *Καναλουΐων* ὀρέων. Ubi *Κανδαουΐων* legendum esse, nemo non videbit, coll. b. Odofr. Müllero in Macedonicis pag 6. not. 6. Idem vero addit: „Der Gebirgszug ist freilich durch den Genusus unterbrochen.“ Id falsissimum esse, doceri posse video. Genusus (Scombi) juxta Haliacmonem (Ienidsche-Karásu) oritur. Ille boream petit, hic meridiem; de quo videnda tabula geographica Franco-Galli Lapie, fol. VIII. Ergo Candavia omnia Genuso superiori et medio adjacentia, cum ipsa valle, spectat, non tantum ea, quae Clodiana et Lychnidum intercedunt.

**) De his v. Felicis Beaujour Voyage militaire cett. T. I. p. 204 sq. Verba ejus dedi in praevia commentatione p. 16. Trames Beaujourii, ultimo memoratus, idem ille est, quo Alexander M. usus est, cum Erigone (Tzerna) relicto Eordaïcum (Genusum) fluvium peteret, castellum Pelium (Geortscha) oppugnaturus. In voce *Geordscha* formam *Eordaeae* haud male servatam vides.

et primaria; deinde Byzantinorum et Turcarum imperatores in viarum publicarum munitione non multa novasse constat.

Nihilominus Leakio Britanno aliud videtur. Namque Lychnidum ab urbe Ocri distinguit, illamque fini paludis meridionali apponit, magisque etiam versus meridiem Patras collocat, quod posterius itinerariis repugnat. Quae omnia quo jure fecerit, ipse excusabit. Ita enim factum est, ut ipsam quoque Egnatiam multo magis meridionalem fuisse statuat, quam omnino concedi potest. Deinde a Lychnido sua tres Egnatiae sectiones usque ad locum Lynci Parembole statuit, sola diversitate puto numerorum in Itinerariis obtinentium s. motus s. seductus. Verum his itinerariorum diversitatibus non magis confidendum constat, quam ipsi adeo numerorum consensui. Etenim praeter itinerariorum millia passuum ipse locorum situs respiciendus est, deinde historicorum documenta.

NICAEA M. P. XXXIV. Eam itinerarium Antonini habet cum Tabula Peutingeriana, sed numeris diversis, et haec quidem alio tenore et ordine, quam quo Euristum (Curistum) et Cerameam habuit. A victoria quadam Macedonum reportata nomen traxisse puto. Nicaeam Illyriorum hoc loco spectari vult Surius apud Wesselingium. Ita in Lyncestide quoque locum Illyriorum, Nicaeam graece dictam, habebimus. De hac Nicaea tacet P. Wesselingius. Postremo Nicaeae tabula Peutingeriana duas aediculas appingit, ut Heracleae. Fuit igitur maioris momenti civitas. Novitium ejus nomen non constat, multo minus sedes.

MUTATIO PAREMBOLE M. P. XII. Romanos hinc sua *Castra* fecisse cum aliis puto: namque *παρεμβολή* Macedones dicebant, reliqui *στρατόπεδον* (castra). Fuit ea mutatio Heracleae satis vicina. Aliam mutationem Parembolen etiam Philippopolis Thraciae habuit (Itinerar. Hierosolymitanum p. 568. ed. Wesseling.).

HERACLEA M. P. XI. De ea optime Wesselingius ad itineraria p. 319 sq.: „Tu Heracleam in Lyncestide intellige ex Strabone l. VII. p. 323., *) quam modo Heracleam Pelagoniae, modo Lyncestidum appellant. Concilio Constantinopolitano sub Justiniano *Benignum Heracleae Pelagoniae* scribendo adfuisse, subscriptio testatur... Dionysius *Heracleae Lyncestidum* concilii Chalcedonensis pars fuit. Nimirum Heraclea haec in confinio Pelagoniae et Lyncestidis erat posita; quam ob causam nunc huic, nunc illi tribuitur. *Πελαγονία* Hierocli [p. 641] dicitur, Nicetae Choniatae [in Manuele Comneno 2, 6. 7, 5] et aliis; immo Livio 45, 29. **) et Dexippo [apud hunc nil de Pelagonia invenitur], qui IV Macedoniae caput faciunt."

*) Strabo l. c.: *Ἐντεῦθεν* (a Pylone) *δ' ἐστὶ* (via Egnatia) *παρὰ Βαρνοῦντα διὰ Ἡρακλείας καὶ Λυγκηστῶν καὶ Ἐορδῶν εἰς Ἔδεσσαν κ. τ. λ.* Idem p. 326.: .. *Δασσαρητίους· πρὸς δὲ τούτοις Λυγκησταί τε καὶ Δευρίοπες καὶ ἡ τριπολῖτις Πελαγονία καὶ Ἐορδοὶ κ. τ. λ.* In Strabonianis voces *Ἡρακλείας καὶ Λυγκηστῶν* idem sunt quod *Ἡρ. καὶ τῶν ἄλλων Λυγκηστῶν.*

**) Liv.: *Quartae* (regionis Macedonicae urbem principalem) *Pelagoniam fecit* (consul Romanus). Idem cap. 30.: *Quartam Eordaei et Lyncestae et Pelagones incolunt.*

His, quae Wesselingius bene cum aliis perspexit, Leakius Britannus adversatur, more suo numeris Itinerariorum nimis confidens. Ergo vir doctus in itinerario Graeciae borealis Vol. III. p. 281.: „The disagreement of numbers in the several Itineraries renders it difficult to deduce from them the exact position of any of the places on the road between Lychnidus and Edessa; the only one of any importance was Heracleia, the chief town of the province of Upper Macedonia, called Lyncus or Lyncestis. Heracleia was distant from Lychnidus about 46 M. P., from Edessa 64, — total from Lychnidus to Edessa 110; which, compared with the 55 G. M. of direct distance on the map, gives a rate of 2 M. P. to the horizontal G. M., not an unreasonable rate in itself, as the road is in great part mountainous, nor as compared with the rate on the level road from Edessa to Thessalonica, which is 1. 4. M. P. to the G. M. According to the proportional distances, Heracleia stood not far from the modern town of Filúrina, at about 10 G. M. direct to the southward of Bitólia, which is now the principal town in that part of the country, and occupies the site of the ancient Pelagonia, thus agreeing in reference to the supposed position of Heracleia of Lyncestis, inasmuch as the ancient authorities show that the Lyncestae were situated to the southward of the Pelagones, and between them and the Eordaei, who appear to have occupied the country of Ostrovo and Sarighioli.“

Quae hoc loco Anglus receptae doctorum sententiae opponit, ea non alium fontem habent, quam itinerariorum circa numeros discrepantiam. Alios scriptores, ut alibi, Leakius non inspexit, quod maxime valet de Joannis Cinnami testimonio gravissimo, sc. historiarum libro 3, 17. (p. 127. ed. Bonn.): *Ἐν Ἡρακλείᾳ .. τῇ Μυσῶν,* *) *ἣν Πελαγονίαν τινὶ γλώττῃ κατακολουθοῦντες Ῥωμαῖοι* (Byzantini) *νῦν ὀνομάζουσιν.*

Una eademquo veteris Macedoniae urbs duplex nomen habuit, non aliter, ac

*) Hi Mysi secundum usum loquendi Byzantinorum fuere Bulgari, atque sunt etiamnunc. De his videatur Hadschi Chalfa in Rumelia et Bosnia p. 36.: „Gerichtsbarkeiten, welche zum Sandschak des Kapudan Pascha gehören: *Toli Monastir* [Bitolia, Betolia], zwischen *Filorina* [Flurina, Florina], *Pirlipa* [*Prilapus* Byzantinorum], *Persepe* [bulgarice Prespa] *und Ochri . . Die Einwohner sind Bulgaren . . . Das Schloss ist verwüstet. Die Südseite ist ein waldiger Berg, und die Vorderseite ein weites Feld. Von den Bergen fallen viele Bäche, welche die Viertel der Stadt und dann die herumliegenden Felder bewässern. Das berühmteste Erzeugniss dieser Stadt ist Baumwolle.* Idem ibidem (de Filorina): *Filorina* (Florina), *zwischen Monastir, Kesrje* [Castoria] *und Ostrova, am östlichen Saume des Berges Monastir . . Der Fluss von Monastir* [Erigon, Tzerna] *bewässert die Gärten Filorina's.* Idem ibidem: *Von Filorina führet ein sehr beschwerlicher Felsweg hierher* [Castoriam Byzantinorum, Celetrum Macedonum, Gölkesrje Turcarum] *herab. Die Berge werden von einem von Serviern und Walachen gezeugten Stamme bewohnt.*

hodie apud Arnaútas, Bulgaros, Vlachos, Graecos, Turcas idem locus diversissimis nominibus utitur.

Quaenam natio pristino aevo Pelagoniae nomine usa sit, quaenam Heracleae, difficile dictu videtur. Certe Pelegones Macedonici apud Homerum (Il. 21, 159) occurrunt. Pauci vero Graecorum (Strabo, Ptolemaeus, Malchus, Hierocles) Heracleam nuncupant, Byzantini scriptores tantum non omnes Pelagoniam. Is usus Romanis fortasse debetur, qui (coll. Livio supra memorato) caput quartae partis Macedonum Pelagoniam dicebant, non Heracleam. Ultima (Graeca) forma Macedonas Graecos usos puto; fuit autem Hercules inter deos patrios Temenidarum. Eordaeam, Lyncum, Pelagoniam Livius quartae regioni assignat. Ex his Pelagoniam potiorem et ampliorem fuisse autumo; unde hoc nomen in urbem quoque principalem transiit, quamquam ea proprie Lynci erat, non Pelagoniae.

Lyncum (Lyncestida) inter Barnuntem montem (in vetustissima Pieria, prope Lychnidum) et Filorinam pono: ita fuit ab occidente Pelagoniae provinciae. Eordaei inter Edessam (Vodina) et Filorinam quaerendi sunt.

De arce Heracleae egi in praevia commentatione, ubi Gothorum expeditionem Illyricam enarravi. Ascensus ibi in montes Lyncestidis asperrimus esse videtur.

Medio aevo Heraclea (Bitolia) magnum momentum habuit. Ibi enim viae inter Illyricum, Serbiam et Macedoniam coëunt, coll. Niceta in Manuele Comneno 2, 6. (p. 119. ed. Bonn.): *Ἀπαίρει μὲν* (Manuel Comn. imperator) *ἐκ τοῦ Αὐλῶνος . . εἰς δὲ Πελαγονίαν ἀφιγμένος . . κατὰ Σέρβων ἔγνω μεταθέσθαι τὸ πρόθυμον . . καὶ δὴ τὸ εὔοπλον ἀπολαβὼν τοῦ στρατεύματος . . τὴν Σερβίαν εἴσεισι.* Huius situs commoda multo minus in Florinam cadunt (eam cum Heraclea Leakius eandem esse putat), quam in Bitoliam (Monasterium).

Veteres quasdam Heracleae (Bitoliae) inscriptiones Böckhius edidit in thesauro Inscriptionum Graecarum Nr. 1999—2006.; ex iis Graecam civitatem fuisse, cognoscitur. Numos Graecos, qui Heracleae Sinticae tribui solent (Mionnet. descr. de médaill. antiques, Vol. I. p. 476 sq.), nostrae Heracleae tribuerim, non Sinticae (prope Strymonem), quae fuit ob locorum situm multo minoris momenti; quamquam utrique Heracleae signa civitatis (aediculas) appingit tabula Peutingeriana. Hierosolymitanus vero viator nostram urbem *civitatem* dicit. Et haec quidem de Heraclea. *)

MUTATIO MELITONUS M. XIV. (post Heracleam). Eam solum itinerarium Hierosolymitanum habet. De ea bene P. Wesselingius p. 606.: „Nomini mutationis conjectura fortasse lucem adferet, quanquam non admodum certe. Locus alendis apibus

*) De Heraclea nostra v. quoque Mannertum Vol. VII. p. 482 sqq. In indice episcoporum Heracleae vera falsis Lequienius more suo miscet (Oriens Christ. Vol. II. p. 81 sqq.). Nostram Heracleam cum Sintica is quoque vir doctus confudit, qui indices Dexippi, Malchi cett. confecit (ed. Bonn. p. 622.).

destinatum *μελιττῶνα* vocant. Varro de re rust. 3, 16.: *Dic igitur, inquit, ubi et cujusmodi facere oporteat alvearium, ut magnos capiam fructus? Ille: μελιττῶνας ita facere oportet, quos alii μελιττοτροφεῖα appellant, eandem rem quidam mellaria.*" Numeri milliarium, si fides illis habenda est, fere in hodiernam *Florinam* cadunt, quam a floribus nomen traxisse mihi verisimile est; non aliter atque Anthemus regio e meridie Thessalonicae. Et vide, ne hodiedum ibi mellificatio exerceatur, ut juxta Thessalonicam (ex oriente) in veteribus itinerariis locus *Melissurgus* occurrit, qui nomen et artem mellificandi etiamnunc tenet, coll. Leakio in itinere Graeciae borealis Vol. III. p. 461.: *On the road from Thessalonica to Apollonia of Mygdonia, a Melissurgi occurs in two of the Itineraries: this place still preserves its ancient name in the usual Romaic form of Melissurgús, and is inhabited by honey-makers, as the word implies. It was* 20 *or* 21 *M. P. from Thessalonica.* Locus Melitto, *Μελιττὼν* (sic legendum videtur), Lyncestidis est, ut ipsa Heraclea. Et Florina, a qua Melittonem parum differre puto, in planitie Heracleensi situm habet, ubi, e meridie Bitoliae (Heracleae), unus et alter rivus in Tzernam (Erigonem Macedonum, Kutschuk-Karasou Turcarum), e borea venientem, illabitur. Tzernam autem ab Erigone non diversam esse, omnes nunc credunt, estque manifestissimum e sequenti Cedreni loco (T. II. p. 460. ed. Bonn.): *Πέμψας δὲ καὶ* (Basilius Bulgaroctonus) *στρατιὰν, χειροῦται τὸ φρούριον Πριλάπου* (Perlepe) *καὶ τοῦ Στυπείου* (Stobi?). *Ἐκεῖθεν καταλαμβάνει τὸν Τζερνᾶν* (l. *Τζέρναν*) *λεγόμενον παταμὸν, ὃν σχεδίαις καὶ θυλάκοις πεφυσημένοις διαπεράσας, ἐπάνεισιν εἰς τὰ Βοδηνὰ* (Vodina, Edessam), *κἀκεῖθεν τῇ δ' Ἰανουαρίου μηνὸς* (IX. Januarii) *ἦλθεν εἰς Θεσσαλονίκην.* Inter Prilapum et Edessam non alius maior fluvius, ratibus et utribus superandus, reperitur, quam Erigon Ptolemaei, all.; *) itaque Erigon a Tzerna Bulgarorum discerni prorsus nequit.

*) Geogr. 3, 13.: *Καὶ* (sc. *ἄρχεται*) *ἀπὸ τῶν ὑπὸ Δαλματίαν ἀφ' ὧν* (l. *ὀρῶν*) *ὁ ποταμὸς καλεῖται* (l. *ὃς καλεῖται*) *Ἐρειγώνων* (l. *Ἐριγὼν*). De Erigone in Axium illabente legatur Strabo 7, 7 (p. 327): *Ὁ δὲ Ἐρίγων* (l. *Ἐριγὼν*) *πολλὰ δεξάμενος ῥεύματα ἐκ τῶν Ἰλλυρικῶν ὀρῶν καὶ Λυγκηστῶν καὶ Βρυγῶν καὶ Δευριοπίων καὶ πλειόνων, εἰς τὸν Ἀξιὸν ἐκδίδωσι.* Ibi *πλειόνων* mibi idem est, quod *ἄλλων πλειόνων*; et Guarinus sic Strabonem interpretatur. Namque *ἄλλος* ita saepissime omittitur. Ergo non *ἄλλων πλειόνων* emendandum est. Ceterum Coraes pro *πλειόνων* legit *Πελαγόνων*; Deuriopas autem Strabo a Pelagonibus distinguere videtur. E Strabonis loco bene etiam intelligitur, Tzernam ex Eordaea nil fere aquae accipere, sed e Lynco et Pelagonia; deinde Eordaïcum Arriani fluvium plane distinguendum esse ab Eordaea Macedonica. De Tzernae affluentibus v. imprimis tabulam geographicam Frauco-Galli Lapie, fol. VIII. Bevum flumen (Liv. 31, 33) cum Müllero (Macedon. p. 17. not. 47) Tzernae valli assigno (erat enim Lynci fluvius, Liv. l. c.): Illyricum vero locum, nomine Beva, apud Scombi (Genusum) fluvium prope Scampa invenio (Lapie, fol. VII.).

Relicta Lynco, pervenimus ad Eordaeos. *) Ibi occurrit MUTATIO GRANDE M. XIV (itinerar. Hierosol.). Hanc ignorare me cum P. Wesselingio confiteor. Vox omnem corruptelae speciem prae se fert, velut supra, alio Egnatiae loco, pro *Candavia* legebatur corruptum *Grandavia*. Hanc mutationem ibi fere quaero, ubi montes conscenduntur, e quorum meridie Ostrova Bulgarorum sita est, cum lacubus et rivis quibusdam, qui deinde, ut alii, infra Vodina (Edessam) Ludiam flumen faciunt.

MANSIO CELLIS M. XVII. Sic itinerarium Hierosolymitanum. Reliqua itineraria habent M. P. XXXIV., XXXIII., XLV. Haec scil. antiquitatis monumenta quasdam intermedias stationes praetermittere videntur; quanquam vel sic inter numeros eorum magnus dissensus conspicitur. In sede Cellarum constituenda iterum Hierosolymitano viatore utor, cujus index omnium uberrimus est. Is ergo post Melittonem (Florinam) ponit Cellas, discrimine millium XVII. Post multas dissentiendi occasiones tandem aliquando cum Leakio consentire mihi licet, qui in sua tabula geographica Graeciae borealis Cellas ibidem ponit, quo nunc occurrit Ostrova Bulgarorum, initio rivorum quorundam et lacuum, e quibus paulo inferius Ludias fluvius, in sinum Thermaeum effluens, efficitur. Alia sedes Cellis vix unquam assignari poterit. Ostrovae mentio (Leakiana tabula falso habet *Ostova*) inde a Bulgarorum debellatione, initio seculi XI facta, haud rara est apud scriptores Byzantinos, nomine Ostrobus s. etiam Strobus; **) unde majoris momenti civitatem Bulgarorum fuisse puto; id quod etiam Hierosolymitanus viator suadet, qui Cellas mansionem dicit, non mutationem. Omnis autem vetus Macedonia, inter Axii (Bardarii) fontes et sinum Thermaeum sita, medio aevo vere Bulgarica fuit, non Graeca, coll. prae aliis Cedreno; atque hodiedum incolae tantum non omnes Bulgari sunt, pauciores Serbi, Vlachi, Arnaútae; rarissimi omnium Graeci.

Ostrovam viatores eruditiores neglexisse videntur. De situ ejus ita Turca Hadschi Chalfa in Rumelia et Bosnia p. 99.: „Ostrova, zwischen den Gerichtsbarkeiten von *Vodina*, *Filorina*, *Dschuma-Basár*, *Lanka*; 13 Tagereisen von Kon-

*) Stephanus Byz.: *Ὀρδαία, πόλις Μακεδονίας. Τὸ ἐθνικὸν Ὅρδοι. Λέγονται καὶ Ὀρδαῖοι, ὡς Νίκανδρος.* Hos Ordos (Ordaeos) ab Eordaeis non diversos fuisse cum Berkelio statuo ad Steph. Byz. Fortasse lingua popularis Ordaeos pro Eordaeis dixit. Num hi Ordaei Illyrico an Macedoniae tribuendi sint, equidem non definio. Stephani vox *πόλις* idem erit, quod *regio*, more apud hunc auctorem s. ejus epitomatores (corruptores) consueto.

**) Anna Comnena 5, 5 (ed. Bonn. Vol. I. p. 242). Georgius Acropolita cap. 46., ubi pro *Στρόβον* legendum *Ὄστροβον*. Idem 49 (ubi Ostrobi s. Ostrovae lacus memoratur). Ephraemius in Caesaribus v. 8596. 8697 (ubi iterum Ostrobi lacus). Georg. Pachymeres in Michaele Palaeologo 2, 11., ubi pro *Βόστρον* lege *Στρόβον* (*Ὄστροβον*). Cantacuzenus 4, 19. Ostrovae situs tum ob Ludiae vallis initium, tum ob ascensum ad Erigonem fluvium momenti haud levis esse videtur.

stantinopel.“ Apud Hieroclem (p. 638) est *Ἔδεσσα, Κέλλη*; quod ultimum *Κέλλαι* legendum erit. De monachorum cellis, ut nominis causa, Du Cangius cogitat (ad Annam Comnenam lib. V. p. 300); quod recte improbat P. Wesselingius ad itiner. p. 606. Cellae, Romanorum nomen, aliquam eorum coloniam significare videntur; fortasse etiam antecedens Florina: Cellas autem in itinerariis non paucas habemus, ubi christianorum monachorum latibula nondum significari poterant. De ultimis v. Petrum Wesselingium in indice urbium locorumque etc. Cellas Erigoni Mannertus apponit, id quod omni itinerariorum tenori adversatur. Anne his Romanorum Cellis, [Bulgarorum Ostrovae, respondet Macedonum vetus Arnissa (Thuc. 2, 128)? Leakio et mihi hoc probabile visum est, collata hac dissertatione p. 22. De Cellis nostris nil, quod sanum dici possit, Cantancsichius congessit ad Tabulam Peutingerianam Vol. I. p. 651.

Antequam in Eordaeorum terra ad Edessam accedo, crucis cujusdam geographorum mentio habenda videtur, et quidem maximae. Est locus *Diocletianopolis*, de qua Itinerarium Antonini Augusti (p. 330. ed. Wessel.) sic habet: EDESSA M. P. XXXII. DIOCLETIANOPOLIS M. P. XXX. THESSALONICA M. P. XXIX. Ubi haec Diocletianopolis quaerenda est? Certe non inter Edessam et Thessalonicam: ibi enim alias stationes intercurrere constat, non Diocletianopolin. Ergo fortasse a latere, occidentali puto, Edessae. Verum inspiciamus Wesselingii expositionem. Is ergo, postquam veram lectionem (*Diocletianopolis*) bene, ut assolet, revocavit, ita pergit (p. 330): „Id solum dubium est, quaenam haec Diocletianopolis? Hierocles pariter (p. 642) ac Procopius (aedific. 4, 3) hoc nomine urbem in Thessalia habet, cujus nulla hic potest esse ratio, utpote longius ab Edessa et Thessalonica semotae: memorat alteram Hierocles (p. 330) in Thracia sub Philippopoli, quae si nostra sit, oportet iter in Thraciam deflectat, et post deinde in Macedoniam se vertat. Si cui tamen ad credendum id difficile videatur, praestabit, itinerario fidem addicere, et tertiam hoc cognomine urbem in Macedonia fuisse arbitrari: *infinita* illa *cupiditas aedificandi*, qua Diocletianus tenebatur, quamque Lactantius (de mortibus persecutorum cap. 7) notavit, haud invalidum huic opinioni robur addet.“ Ita caute, ut solet, Wesselingius. Verum ego veterum verba repetam. Ergo Hierocles p. 642.: *Καισάρεια, Διοκλετιανούπολις, Φάρσαλος κ. τ. λ.* Procopius l. c. (Opp. ed. Bonn. T. III. p. 273): *Πόλις δὲ ἦν τις ἐπὶ Θεσσαλίας, Διοκλητιανούπολις ὄνομα, εὐδαίμων μὲν τὸ παλαιὸν γεγενημένη, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου βαρβάρων οἱ ἐπιπεσόντων καταλυθεῖσα καὶ οἰκητόρων ἔρημος γεγονυῖα ἐπὶ μακρότατον· λίμνη δέ τις αὐτῇ ἐν γειτόνων τυγχάνει οὖσα, ἣ Καστορία ὠνόμασται. Καὶ νῆσος κατὰ μέσον τῆς λίμνης τοῖς ὕδασι περιβέβληται. Μία δέ τις εἰς αὐτὴν εἴσοδος ἀπὸ τῆς λίμνης ἐν στενῷ λέλειπται, οὐ πλέον ἢ ἐς πεντεκαίδεκα διήκουσα πόδας. Ὄρος δὲ τῇ νήσῳ ἐπανέστηκεν ὑψηλὸν ἄγαν, ἥμισυ μὲν τῇ λίμνῃ καλυπτόμενον, τῷ δὲ λοιπῷ ἐγκείμενον. Διὸ δὴ ὁ*

βασιλεὺς (Iustinianus) *οὗτος τὸν Διοκλητιανουπόλεως ὑπεριδὼν χῶρον, ἅτε που διαφανῶς εὐέφοδον ὄντα καὶ πεπονθότα πολλῷ πρότερον, ἅπερ ἐῤῥήθη, πόλιν ἐν τῇ νήσῳ ὀχυρωτάτην ἐδείματο, καὶ τὸ ὄνομα, ὡς τὸ εἰκὸς, ἀφῆκε τῇ πόλει.* Retuli verba Antoniniani Itinerarii, Hieroclis, Procopii. Itinerarium illud bis habet viam inter Dyrrachium et Thessalonicam, quanquam semel tantum (p. 330) Diocletianopulin memorat, priori loco (p. 319) sic habens: EDESSA, PELLA, THESSALONICA, omissa Diocletianopoli. Hierosolymitanum Diocletianopolin ignorat. Jam quo jure inter Edessam et Thessalonicam auctor Antoniniani pro Pella Diocletianopulin intruserit, difficile intellectu est. Mannertus (Geogr. der Gr. u. R. VII. 479), neglecta Wesselingii cautela, talia credulus repetit his verbis: „Aus einer Stelle des Itin. Ant. (p. 330) wissen wir, dass die Stadt (Pella) neben ihrem eigentlichen Namen auch die Benennung Diocletianopolis annahm, welchen sie aber bald (?) wieder verlohr.“ Inter Edessam et Thessalonicam 15 leucae intercedunt; *) unde istud spatium unam et alteram Diocletianopolin capere poterat. Num vero Pellae nomen in Diocletianopoleos formam vel per breve tempus abiisse quis credet, nisi aliis scriptorum testimoniis edoctus?

Pergo ad Hieroclem. Is Diocletianopolin inter medias urbes vere Thessalicas habet, cui rei ego non repugno. Erat enim Diocletianus imperator aedificandi insatiabilis; et poterat Thessalicorum oppidorum unum et alterum, pristino nomine abjecto, novum eligere, in honorem sc. Diocletiani.

Verum Procopius inspiciatur, deinde doctorum viatorum itineraria. Illo igitur Diocletianopolin, quam Thessaliae assignat, insulae s. peninsulae impositam narrat. Paludem hujus insulae Castoriam dicit; a tergo urbis (castelli) montem quendam praeruptum memorat. Urbi Diocletianopoleos nomen non abstractum ab Iustiniano imp. addit, his verbis: *καὶ τὸ ὄνομα, ὡς τὸ εἰκὸς, ἀφῆκε τῇ πόλει.* **) Jam vero Thessaliam urgebunt eruditi lectores, a Procopio memoratam. Scio equidem. Contra ex illis equidem quaero: lacumne Thessalia (i. e. inter Peneum et Spercheum) cum insula (peninsula) habuit? Lacus Thessaliae unicus est Böbeis, absque insula cum monte praerupto. Nessonis autem, inter Larissam et Tempe, est stagnum, non palus. Hinc Procopii Castoria alio nos ablegat, sc. in Macedoniam veteris sensus. Ibi revera urbs Castoria hodiedum invenitur, cum lacu cognomine, in quem, si quid aliud, Procopii narratio de insula lacus Castoriae cadit. Videatur Leake, travels in Northern Greece Vol. I. p. 323 sqq.: .. *The lake of Kastoria .. The town appears on the opposite*

---

*) Beaujour, Voyage milit. T. I. p. 205.

**) I. e. *Urbem vetus nomen retinere sivit*, sc. reveritus Diocletianum. Is loci sensus esse videtur. Aliter tamen interpretatio latina: *Suoque, ut par erat, donavit nomine.* Quanquam sic desiderabatur *τὸ αὑτοῦ ὄνομα*, et *ἀφῆκε* hoc contextu esse poterit *sivit, permisit, concessit* (sc. *non mutando*).

side, built on an isthmus, which connects a high rocky peninsula with the north-western shore. The peninsula extends into the middle of the lake . . . Kastoria (Καστωρεία), or, according to the vulgar transposition of the accent in this termination, Kastoriá, contains about 600 families . . The lake of Kastoria is reckoned a six hours' ride of circumference, but does not appear to me to be above six miles long and four broad. The peninsula is near four miles in circumference, and the outer point is not far from the centre of the lake. The present fortification of Kastoria consists only of a wall across the western extremity of the isthmus, which was built in the time of the Byzantine Empire, and has a wat ditch, making the peninsula an island. The wall has been slightly renewed by the Turks, who keep et well whitewashed, which among them often serves instead of a repair. In the middle of the wall stands a square tower, through which is the only entrance into the town. A parallel wall, flanked with round towers, which in Byzantine times crossed the peninsula from shore to shore, and excluded all the eastern part of it, although now in ruins . . The remainder of the peninsula eastward of the Greek quarter is a high rock . ." De Castoria reddidi Angli Leakii descriptionem: is autem in hac Macedoniae parte pro teste oculari habendus est. Accedit Hadschi-Chalfa in Rumelia et Bosnia p. 97.: „*Kesrje* (Gölkesrje, d. i. Kesrje am See, Kastoria), zwischen Horpischta, Bilischta, Filorina und Persepe, hart am Ufer eines Sees. Es hat ein Schloss, eine Brücke . . ." Anna vero Comnena libro VI, 1. (Tom. I. p. 269. ed. Bonn.) non aliter ac reliqui Castoriae locum sic describit . . *τὴν Καστορίαν . . ἔστι δὲ θέσις τοῦ τόπου τοιαύτη. Λίμνη τίς ἐστιν ἡ τῆς Καστορίας, ἐν ᾗ τράχηλος ἀπὸ τῆς χέρσου εἰσέρχεται, καὶ περὶ τὸ ἄκρον εὐρύνεται, εἰς πετρώδεις βουνοὺς ἀποτελευτῶν. Περὶ δὲ τὸν τράχηλον καὶ πύργοι καὶ μεσοπύργια ᾠκοδόμηνται κάστρου δίκην, διόπερ καὶ Καστορία* *) *ὀνομάζεται.* Ex his scriptorum testimoniis lectores eruditi facile, ni fallor, intelligent, Procopium non aliam urbem significasse, quam quae Castoria (Celetrum Macedonum) dicitur. Quare vero Diocletianopolin Graecus inter Thessalicas urbes, quas Justinianus reparavit, recensendam putavit, non inter Macedonicas? Procopius ipse, vel librarius quidam, Diocletianopolin falso loco posuit, paulo inferius collocandam, ubi de Pallene Macedonica loquitur. Quod si cui non probabitur, is a Procopio duplicem **) usum loquendi confu-

---

*) Latinorum *Castra*, siquidem antea locus noster ita dicebatur, in formam *Castoria* mutare non opus habebant Byzantini. Namque *κάστρον* est vox Byzantina. Ergo alia *Castoriae* causa quaerenda erit. Anne ibi *Castores* celebantur, qui etiam *Ἄνακτορες* dicebantur? Et Anactoropolin urbem juxta Strymonem inveni, quod alio hujus dissertationis loco ostendam.

**) Idem Procopii caput magna lacuna foedat. Graecus absoluta Thessalia cum reliqua Graecia ad Euböam insulam transit (Opp. ed. Bonn. Vol. III. p, 275.). Ibi de ponte loquitur, qui Euboeam et

sum statuet, veterem et novitium. Macedonia enim jam medii aevi initio Thessalia (propter Thessalonicam) dicebatur, quod ego larga exemplorum segete congesta in Thessalonicensibus meis docui pagg. 11. (not. 19.) 30. 40 sqq. Ergo noster locus primo Celetrum dicebatur; dein Diocletianopolis; hinc fortasse Justinianopolis; postremo e lacu cognomine Castoria. De rebus Castoriae praeter Annam conferatur Georgius Acropolita 49. 67. 80. Ephraemius in Caesaribus vv. 3500. 3503. 8691. 8729. 9148. 9378. Georgius Pachymeres in Michaele Palaeologo 2, 11. (Vol. I. p. 107. ed. Bonn.). Nicephorus Gregoras 2, 8. (Vol. I. p. 48. ed. Bonn.). Cantacuzenus I, 54.: *Καστορίας . . ὀχυρωτάτης οὔσης διὰ τὸ πανταχόθεν περικλύζεσθαι τῇ λίμνῃ.* Idem deinde saepius ejus nomen repetit, coll. indice editionis citatae.

Relicta Diocletianopoli, ad lacum Ostrovae (*Cellarum*, puto) recurro, ut quasdam tabulas geographicas scriptorum recentiorum, deinde alios scriptores emendem. Ita enim Cedrenus historiarum compendio (Ed. Bonn. Vol. II. p. 453.): *Φρούριον δὲ τὰ Βοδηνά, ἐπὶ πέτρας ἀποτόμου κείμενον, δι' ἧς καταῤῥεῖ* *) *τὸ τῆς λίμνης τοῦ Ὀστροβοῦ ὕδωρ, ὑπὸ γῆς κάτωθεν ῥέον ἀφανῶς, κἀκεῖσε πάλιν ὑποδυόμενον.* Byzantinis ea loca, ubi fluvii lacusque terram subeunt, brevique post resurgunt — *καταβόθρα* novitii dicunt — non incognita fuisse puto; et his *καταβόθροις* nil frequentius quam in fluviorum quorundam Moreae (Peloponnesi) alveis, de quibus videatur tabula Franco-Gallorum Moreotica. Neque aliter Cedrenus cum Glyca intelligendus esse videtur. Verum signa talium *καταβόθρων* non habent tabulae geographicae Lapiei, Leakii, Mülleri. Uno enim tenore aquas ab occidente Edessam (Vodinam) petere dicunt. Ii docti, num Cedrenus cum Glyca veram locorum naturam descripserit, quaerere debebant.

Eam Egnatiae partem, quae Vodinam et Florinam intercedit, novitii homines alio loco collocant, quam veteres. Nostri geographi locum Castranitza magno spatii

---

terram continentem jungit. Ultima Procopii verba haec sunt: *ἑνός τε ξύλου ἐπιβολῇ καὶ ἀφαιρέσει καὶ πεζεύουσι καὶ ναυτίλλονται* (Euböenses). Statim sequitur: *ἐντὸς καθειργμένην καλοῦσι Παλλήνην* (*isthmo a terra continenti seclusam Pallenen vocant*, i. e. *peninsula est Pallene*). Sole clarius est, Procopii caput tertium isto loco misere esse mutilatum. Jam post eam narrationem, quae Pallenen cum Potidaea (Cassandria) ab Justiniano munitam esse tradit, haec sequuntur: *ταῦτα μὲν οὖν ἐν πράξεσιν αὐτῷ ταῖς ἐπὶ Μακεδονίαν* (l. *Μακεδονίας*) *διαπεπόνηται.* Ergo Procopius in antecedentibus de unius et alterius Macedonicarum urbium reparatione locutus est, non tantum de Potidaeae.

*) Hunc locum Cedreni ad verbum repetit Glycas annalium parte IV. (ed. Bonn. p. 576.), ubi Bekkerus Glycae vocem *κατεῤῥεῖ* emendare debebat in formam *καταῤῥεῖ*. Ceterum lectorum summo incommodo Cedrenum in libros et capita Bekkerus non divisit, Glycam ne in capita quidem. Quanto meliora cum hic, tum alibi praestat Annae Comnenae nuperus editor atque restaurator, Schopenus Bonnensis!

dispendio infra Ostrovam, e meridie, poni volunt, ubi nunc via publica Turcarum conspicitur. Iidem deinde lineam rectam, boreali fere itinere, repetunt, quae tendit Edessam. Ita vero ab Egnatiae tenore admodum aberratur. Decernent alii, veteresne hoc jam viae tenore usi sint, nec ne. An nostrum (Turcarum) aevum talia mutavit? Viatores eruditiores (Cousinerius cum Felice Beaujour, et Leakius) ultra Edessam omnino non progressi videntur. Talia Turcarum exercitibus pervestiganda sunt, non eruditis.

Lyncum et Eordaeam (terras inter urbes Ocri et Vodina) medio aevo *Moglena* dictam esse, Mannertus refert in Geogr. der Griechen und Römer Vol. VII. p. 486. his verbis: „Die beiden Landschaften Lyncestis und Eordaea tragen bey den Byzantinern des Mittelalters den Namen *Moglena*, auch *Landschaft der Mogleni*, welchen sie ohne Zweifel von den Bulgaren erhielten.“ Mannertus suos ipse testes ita citat: „Cedrenus T. II. p. 769. Zonaras T. II. p. 226.“ Ea Mannertus ad verbum e Strittero (Memoriae populorum rell. Vol. II. p. 636.) ita exscripsit, ut ipsum Cedrenum cum Zonara non legisse mihi videatur. En Cedreni verba (ed. Ven. T. II. p. 709. ed. Bonn. T. II. p. 461.).... *μετὰ δυνάμεως ἐκπέμπει* (duces quosdam Basilius imp. Bulgaroctonus) *ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Μογλένων. Ὧν τὴν πᾶσαν ληϊσαμένων ἐκείνην γῆν, καὶ τὴν πόλιν πολιορκούντων, ἔφθασε* (advenit) *καὶ ὁ βασιλεύς, καὶ τὸν παραῤῥέοντα τῇ πόλει μετοχετεύσας ποταμὸν..* [Moglenetico) .. *Ἐάλω καὶ ἕτερον φρούριον, Ἐνώτια κεκλημένον, γειτονοῦν τοῖς Μογλένοις.* Ex his *Cedreni* verbis nihil de Moglenorum provinciae finibus et nomine incolarum cognoscitur; neque etiam aliunde. Zonaras vero histor. 17, 9. p. 226. Moglena omnino non habet; immo nec alibi apud Zonaram nomen Moglenorum deprehenditur. Ea Mannerti fides in rebus Byzantinorum esse solet, ubi sc. Illyricum cum Epiro, Macedoniam, Thraciam exponit; cujus rei cum alibi exempla dedi, tum per alias hujus commentationis opportunitates plura dabo. *) Quid multa? Moglena fuere urbs et regio juxta Bodina (nil aliud), suo praefecto subdita, ut alia Macedoniae (Bulgariae) oppida. Cui maiori themati (provinciae) Moglena tum paruerint, non inveni. Episcopus Achridensi metropolitae paruit. Leakius (travels in North. Greece Vol. III. p. 270.) Moglenorum episcopum *Μογλενῶν καὶ Μολεσχῶν* antistitem esse dicit, nullum testem proferens. Molescum certe, ad Genusum superiorem, Leakius significare vix potuit, de quibus v. Nos pag. 33. not.

MUTATIO AD DUODECIMUM M. XII. Ita solus Hierosolymitanus. Locus mihi incognitus est.

---

*) De Moglenorum incolis non contemnenda narrat Ephraemius in Caesaribus v 3552 sqq.: *Ὁ δ' αὐτοκράτωρ* (Alexius I. Comnenus) *ἐκ Σκυθῶν ἀποκρίνας Νέους σφριγῶντας, εὐσθενεῖς καὶ μαχίμους, Ἐν Μογλενῶν ᾤκισε τούτους χωρίοις, Οἰκεῖόν οἱ σύνταγμα τούτους καλέσας. Οἳ καὶ μέχρι νῦν ἀπὸ Μογλένου τόπου Πᾶσι καλοῦνται Μογλενοπατζινάκαι.*

EDESSA M. P. XXVII. Sic habet prior pars itinerarii Antoniniani. Altera ejusdem pars: EDESSA M. P. XXXIII. Tabula Peutingeriana: EDESSA XLV. Denique Hierosolymitanus viator: CIVITAS EDESSA M. XV. Numerorum discrepantiam ut alibi non tango. Pergo ad ipsam Edessam.

De ea in meis Thessalonicensibus pag. 308. multa praeoccupavi. Cum hodiernis Vodinis unum eundemque locum esse, ibidem e scriptoribus Graecis docui, et habeo consentientem b. Müllerum (Ephemer. Götting. 1840. pag. 341.), ubi Leakiani operis censuram *ὁ μακαρίτης* egit. Ceterum ea Graecorum plurimorum ante me persuasio fuit, cui nonnihil tribuendum esse videtur.

Edessam ab Aegis non diversam fuisse, docti statuunt, coll. Justino 7, 1, 8 sqq.: *Sed et Caranus cum magna multitudine Graecorum, sedes in Macedonia responsò oraculi jussus quaerere, cum in Emathiam venisset, urbem Edessam, non sentientibus oppidanis propter imbrium et nebulae magnitudinem, gregem caprarum imbrem fugientium secutus, occupavit; revocatusque in memoriam oraculi, quo jussus erat ducibus capris imperium quaerere, regni sedem statuit, religioseque postea observavit, quocunque agmen moveret, ante signa easdem capras habere, coeptorum duces habiturus, quas regni habuerat auctores. Urbem Edessam ob memoriam muneris Aegeas* (l. *Aegas*), *populum Aegeatas vocavit.* Idem ibid. cap. 2.: *Post hunc* (Caranum) *Perdicca regnavit, cujus et vita illustris, et mortis postrema, veluti ex oraculo praecepta, memorabilia fuere; siquidem senex moriens Argaeo filio monstravit locum, quo condi vellet, ibique non sua tantum, sed et succedentium sibi regum ossa poni jussit, praefatus, quoad ibi conditae posterorum reliquiae forent, regnum in familia mansurum; creduntque, hac superstitione extinctam in Alexandro stirpem, quia sepulturam mutavit.* Itaque teste Justino primo Edessa urbs ista dicta fuit, dein Aegae; denuo Edessa, testibus numis reliquisque historiae monumentis. Num vero eadem fuit Edessa cum Aegis? Plinius utramque distinguere videtur. Ergo scriptor gravissimus N. H. 4, 10.: *Oppida Aege* (l. *Aegae*), *in quo mos sepeliri reges; Beroea, et in regione, quae Pieria appellatur a nemore, Aeginium.* Idem Plinius 6, 34.: *Thessalonice, Pella, Aedessa* (l. *Edessa*), *Beroea* (l. *Berroea*). Neque aliter Ptolemaeus geogr. 3, 13. (p. 162. ed. Wechel.): *Ἠμαθίας Τύρισσα .... Αἴδεσσα*, (l. *Ἔδεσσα*), *Βέῤῥοια*, *Αἰγαία*, *Πέλλα.* Antecesserat locupletissimus testis Theophrastus in historia plantarum 6, 8, 12 (p. 640. ed. Schneid.): *Διὸ ἐνιαχοῦ τὰ νέφη τοῖς πνεύμασιν ὑπεναντία φέρεται, καθάπερ περὶ Αἰγειάς* (sic) *τῆς Μακεδονίας, βορέου πνέοντος πρὸς βορέαν.* Has Aegas a Ptolemaei Aegis ego nolim distingui. Utut vero statues, diversos Macedoniae locos, Aegas et Edessam, Ptolemaei aevum agnovit. Quid igitur de Justini narratione statuendum videtur? Lucem praebere videtur istud, quod cap. 2. de postrema Perdiccae voluntate narratur. Is igitur quodam loco sua et successorum ossa condi volebat. Quonam? Non Edessae, id quod postu-

lare opus non habebat; sed alio, sc. ibi, ubi primo habuerat capras regni futuri duces. Ergo hanc mihi genuinam Macedonicae narrationis formam effingo. Aegas, inter Celetrum puto et Edessam sitas, secundum famam quandam Caranus venerat, hinc (itinere orientali) Edessam. Et hanc Aegas nuncupavit a pristina sede. Ejus autem successor Aegis, sede regni prima, sepeliri voluit cum posteris, coll. Plinio modo citato, qui Aegas, ut Macedonum *νεκρόπολιν*, ab Edessa *) luculenter distinguit. Ergo, si Iustino sive fontibus ejus fides habenda esse videtur, Edessa Aegarum nomen aliquamdiu obtinuit, quanquam hoc non duravit, cum Polybius aliique dehinc Graecorum Edessae nomen habeant, non Aegarum. Quid? quod Plutarchus, paulo inferius memorandus, Aegas et Edessam ut urbes diversas citat.

Popularis quaedam narratio Edessae nomen a capris (*αἶγες*) deduxit, quarum beneficio Caranus regni sedem quaesiverit, coll. Iustino supra citato pag. 48. Adde Müllerum in Macedonicis p. 24 sq. Theophrastus tamen, cum Aristotele Macedone in hujus terrae descriptione testis locuples, aliud suadet, coll. ejus verbis, quae dedi pag. 48. In Aegarum enim regione turbines quidam et procellae singularis naturae accidere solebant: *αἰγίς* autem, ut inter omnes constat, procellam significat. Quare Theophrasto duce Aegarum nomen non capras, sed turbines spectat. **) Namque isti reges, regionem (sic autumo) procellis obnoxiam relinquentes, vel etiam procellarum signis divinis utentes, novam regni sedem quaerebant, Edessam, cui Aegarum nomen aliquamdiu impositum fuisse non addubito; Aegas autem et Edessam a veteribus luculenter discretas fuisse supra monui, magisque id e Plutarcho patebit, cujus verba paulo inferius dabo.

Futuris Macedoniae viatoribus praeter ea, quae modo monui, Cousinerii verba legenda commendo (Voyage Vol. I. pag. 81): „..Ce fut en vain que je m'informais

*) Diodorus Siculus 19, 52.: *Μετὰ δὲ ταῦτα* (Cassander Macedo) . . *Εὐρυδίκην μὲν καὶ Φίλιππον τοὺς βασιλεῖς* . . *ἔθαψεν ἐν Αἰγαῖς, καθάπερ ἔθος ἦν τοῖς βασιλεῦσιν.* Idem in Excerptis de virt. et vit. p. 563 (Fragmm. libri XXII p. 307. ed. Bip.): *Ὅτι τὰς Αἰγέας* (sic) *διαρπάσας ὁ Πύῤῥος* (ante Chr. 274), *ἣ τις ἦν ἑστία τῆς Μακεδονικῆς βασιλείας, τοὺς Γαλάτας ἐκεῖσε κατέλιπε.* Vides, quaenam significetur *ἑστία* (penetrale) Macedonum regni. Sunt sepulcra regum ibi (Aegis) conditorum, coll. Iustino supra citato, qui lucem suam e Diodoro Siculo nanciscitur. Postremo ex antecedentibus ea emendare licet, quae Mannertus (l. c. p. 408) et Müllerus (Macedon. pag. 24 sq. ibique not. 18) de *Edessa* ut Macedonum necropoli statuunt. Erravit quoque Schöllius ad Herodoti (8, 138) interpretationem theotiscam. Aegae revera, non Edessa, regum Macedonicorum *νεκρόπολις* fuere.

**) E Theophrasti verbis vera Aegarum sedes erui quandoque poterit. Ipsa enim terrarum natura non tantopere mutatur, quantum incolae. Omnino Macedoniae veteris geographiam et topographiam ex iis, quae Aristoteles et Theophrastus de animalibus plantisque cett. illarum terrarum narrant, saepius illustrari posse persuasum habeo.

si l'on ne trouvait pas *aux environs de la ville* (Edessa, Vodina) les anciens tombeaux des rois qne les soldats de Pyrrhus pillèrent et profanèrent impunénement. Cette recherche est encore à faire par les voyageurs qni visitoront la Macédoine auprès moi.“ *) Cousinerius in his Plutarchi Pyrrhum significat cap. 26.: *Τῶν δὲ Αἰγαίων* (sic) *κρατήσας* (Pyrrhus), *τά τε ἄλλα χαλεπῶς ἐχρήσατο τοῖς ἀνθρώποις, καὶ φρουρὰν Γαλατικὴν ἐν τῇ πόλει κατέλιπε τῶν μετ' αὐτοῦ στρατευομένων. Οἱ δὲ Γαλάται, γένος ἀπληστότατον χρημάτων ὄντες, ἐπέθεντο τῶν βασιλέων αὐτόθι κεκηδευμένων τοὺς τάφους ὀρύττειν· καὶ τὰ μὲν χρήματα διήρπασαν, τὰ δ' ὀστᾶ πρὸς ὕβριν διέῤῥιψαν.* Ita Plutarchus in Pyrrho. Idem vero de eadem plane re cap. 43.: *Ὁ δ' οὖν Δημήτριος, ἐπισφαλέστατα νοσήσας ἐν Πέλλῃ, μικροῦ τότε Μακεδονίαν ἀπέβαλε, καταδραμόντος ὀξέως Πύῤῥου, καὶ μέχρις Ἐδέσσης προελθόντος.* Sic Aegas ab Edessa iterum distinctas videmus.

Edessae situm optime sic describit Cousinerins in itinere Macedonico Vol. I. p. 78.: „Qu'on se figure une plaine de quinze lieues de profondeur et de prèsque autant de largeur, qui a son horizon sur la mer, couverte de bois, de métairies, de villages, de ruisseaux signalés par de grands arbres, et de lac de Jenidgé qui en forme le contre, et on aura une idée de ce magnifique tableau. Sur le devant du plateau jaillissent vingt cascades plus ou moins considérables, qui se réunissent dans la vallée. Du côté de l'est et des hauteurs d'un coteau voisin tombe uno grande colonne d'eau qui, sans toucher au rocher d'où elle se précipite, paraît se plonger dans un abîme où elle a creusé son bassin.“

Ita Cousinorins. Anglus vero Leakins in itinerario Graeciae borealis Vol. III. p. 271.: „Vodhená, in the grandeur of its situation, in the magnificence of the surrounding objects, and the extent of the rich prospect which it commands, is not inferior to any situation in Greece. As Horace said of Tibur and the precipitous Anio (Od. 1, 7), neither Sparta nor Larissa, althongh bot combining sublimity and beanty of scenery in the highest degree, appear to me so striking as the rocks, cascades, and smiling valleys of Vodhená, encased in lofty mountains which expand into an immense semicircle, and embrace the great plains at the head of the Thermaic Gulf.“

Idem deinde Leakius bona monet de sitn Edessae qnoad res militares. Ibi enim angustiae sunt inter Macedoniam superiorem et inferiorem (Lyncum cum Eordaea et Bottiaea). Neque aliter Romani sensere de momento Edessae militari (Leake l. c. p. 279); iis autem *nobilis urbs* fuit, ut *Pella et Berroea* (Liv. 45, 30). Arx hujus urbis, immo urbs ipsa, situ locorum maxima commoda habet. Namque Cantacuzeno

*) Leakius post Cousinerium in talia non inquisivit. Omisit quoque Felix Beaujour.

teste (histor. 3, 42. 4, 19) seculo XIV frustra per XV annos a Serbis oppugnata fuit. De ejus situ reliqua vide in meis Thessalonicensibus pag. 308. not. 22.

Fluvii, qui supra Pellae lacum coeuntes in hunc ipsum influunt, sunt Bistritza (in valle Edessae) et Mogleneticus (in valle urbis Moglenorum). Uberior mihi Bistritza esse videtur, sc. e pluribus lacubus profluens; quanquam Leakio aliud placere video. E lacu Pellae (Yenidsche) Ludias deinde fluvius oritur, per quem e sinu Thermaeo *ἀνάπλους* erat usque ad urbem Pellam, non ulterius, coll. meis Thessalonicensibus pag. 311.

Alteram Edessam, Syriae, Macedones condidere, et quidem duce catarractarum Macedonicarum similitudine, coll. Steph. Byz. s. v. *Ἔδεσσα. Ἔδεσσα, πόλις Συρίας, διὰ τὴν τῶν ὑδάτων ῥύμην οὕτω κληθεῖσα ἀπὸ τῆς ἐν Μακεδονίᾳ.* Ergo e Macedonicae Edessae situ et natura Syriacae situs posthac indagari poterit.

Numi Edessae non ultra Romanos imperatores ascendunt; sunt autem omnes Graeci, coll. Mionnet. in Descript. de méd. ant. Vol. I. p. 474. Unam Edessae inscriptionem Graecam Böckhius dedit in Inscriptt. nr. 1998.; tres Leakius l. c. Vol. III. Mansit puto ante Sclavinorum et Bulgarorum adventum urbs Graeca, velut nunc est mere Bulgarica. De episcopis urbis paucula bona, malis mixta, habet Michael Lequienius in Oriente Christiano, Vol. II. p. 79. Idem de Mannerto valet l. c. p. 481., qui doctus urbem Edessam Erigoni (Tzernae) apponit, quanquam ibidem (p. 481) Bodinam unam eandemque esse putat cum Pella. Postremo Catancsichius ad Tab. Peutingerianam (Vol. I. p. 651) Tzernam adeo cum Bistritza confundit.

MUTATIO SCURIO M. XV. Sic Itinerarium Hierosolymitanum (p. 606), quod solum itinerariorum ejus nomen habet. De ea nil aliunde constat. Fuitne hodiernus locus *Vistritza*, medio fere situ inter Edessam et Pellam?

Cyrrhum Ptolemaei (geogr. 3, 13 all.) ibi fere sedem habuisse quidam putant. Et vocum soni conspirare videntur. Fuit autem Cyrrhus cum Edessa, Berroea, Aegis, Pella, all., Emathiae pars.

PELLA. Itinerarium Antonini duplicia habet, ut supra vidimus: nimirum primo loco M. P. XXVIII., deinde M. P. XXX. Tabula Peutingeriana: XXVII. Itinerarium Hierosolymitanum: CIVITAS PELLA, UNDE FUIT ALEXANDER M. MACEDO M. X., sc. inverso itinere, i. e. post mutationem Gephyram, quae erat medio spatio inter mutationem ad X et Pellam.

De Diocletianopoli supra egi p. 43 sqq. In reliquis itinerariorum numeri fere concordant. Namque Hierosolymitanus habet XXX M. P. inter Thessalonicam et Pellam; reliqui XXVII—XXX. Ergo efficiuntur leucae s. horae XII.; secundum nostri aevi viatores XIV vel XV, quod discrimen nihili fere faciendum videtur.

Relicta Edessa, *) ripam Bistritzae dextram via hodierna primo sequitur; mox ibi est transitus in alteram ripam, ubi Bistritza et Mogleneticus aquas miscent, quae dehinc in lacum Pellae (Yenidsche) illabuntur, e quo Ludias (Lydias) exit, inter lacum Pellae et sinum Thermaeum CXX stadiorum spatio secundum veteres navigabilis (Scylax cap. 67. p. 202. ed. Klaus.).

De singulis postea disputabimus. Jam videamus de nomine et origine. Stephanus Byz.: *Πέλλα, πόλις Μακεδονίας, Θεσσαλίας... Ἡ δὲ Μακεδονίας Βούνομος τὸ πρότερον ἐκαλεῖτο, καὶ Βουνόμεια· ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Πέλλα τοῦ κτίσαντος.* In his *Βούνομος* est *pascuum*, neque aliud *Βουνόμεια*; et vide, ne haec vox ab irrisione Atheniensium originem traxerit, quorum quidam Pellam *χωρίον ἄδοξον καὶ μικρὸν* dixere (Demosthenes pro corona p. 247. ed. Reisk.). Maioris momenti conditoris nomen esse videtur. Is igitur, teste Stephano, Pella (Pellas) fuit. De hoc heroe aliunde nil constat. Fuit forsan genius quidam fluviatilis, coll. Leakio deinde citando.

Regni sedem Philippi I patrem in locum Pellae transtulisse ferunt; Pellae Philippum educatum, Alexandrum M. natum esse. Transpositionis causa in aperto est. Volebant Macedonum illi reges mari propius habitare: bono quidem consilio, quum teste Scylace, quem modo citavi, a mari in lacum Pellae *ἀνάπλους* sit stadiorum CXX, i. e. leucarum non amplius sex. Quare vero Thermam (Thessalonicam) non elegerunt? Alii respondebunt. Ita seculorum decursu factum est, ut Edessa, locorum eximio beneficio arx quaedam Macedoniae superioris maneret; Pella, planitiei uberrimae imposita, a mari tamen remota, brevi post Macedonum Romanam debellationem ad ultimam miseriem delaberetur, quanquam aquis suis bene defensa; Therma vero vel Romanorum aevo Macedoniae domina evaderet. Verum isti Macedones cum suis Illyriis (hi vere Macedones fuere) rerum nauticarum inscii et incuriosi erant; spectabant terrae continentis possessionem, non mercaturam maritimam, ut Graeci.

De Pellae situ ita Livius 44, 45.: *Consul, a Pydna profectus, cum toto exercitu die altera Pellam pervenit, et quum castra mille passus inde posuisset, per aliquot dies ibi stativa habuit, situm urbis undique adspiciens, quam non sine causa delectam esse regiam advertit. Sita est in tumulo vergente in occidentem hibernum. Cingunt paludes inexsuperabilis altitudinis aestate et hieme, quas restagnantes faciunt lacus. In ipsa palude, qua proxima urbi est, velut insula eminet, aggeri operis ingentis imposita, qui et murum sustineat, et humore circumfusae paludis nil laedatur: muro urbis conjuncta procul videtur. Divisa est intermurali*

*) Anne *Amyntae* etiam *regia* dicebatur, qui Philippi I pater hinc imperii sedem in Pellam urbem transtulisse dicitur? Talia fere suadet Procopius (aedif. 4, 4 p. 279. ed. Bonn.): *Ἐπὶ Μακεδονίας* (sc. reparata sunt ab Iustiniano) *Βασιλικὰ Ἀμύντου .. Αὐλὼν, Βολβὸς κ. τ. λ.*

amni, et eadem ponte juncta, ut nec oppugnante externo aditum ab ulla parte habeat, nec, si quem ibi rex includat, ullum nisi per facillimae custodiae pontem effugium.

Livii egregia, ut videtur, locorum descriptio eruditum, si quod aliud antiquitatis monumentum, interpretem atque investigatorem exspectat. Ego, ut alibi, manum de tabula retraho, aliorum narrationes meliores repetens, adjecto meo judicio, quantum homini concessum putari poterit ipsam Macedoniam nondum ingresso. Cousinerium (Voyage I, 87 sqq.) non moror. Sed inspiciendus Leakius Britannus in itinerario Graeciae borealis Vol. III. p. 260 sqq.: „Midway between the artificial height and Aláklisi, (Pella) which is 1 hour and 10 minutes beyond it, a tumulus rises close to the road on the right, then five more, nearly in a line, the last of which is at a musquet shot from Aláklisi. These tumuli stand on the last slope of the mountain, where a mile on the left begins an immense marsh . . The tumulus nearest to Aláklisi is a great heap of hearth based upon the rock, which all around is covered only with a thin layer of mould. An opening cut in the rock, covered above with a semicircular arched roof of masonry, and having a small chamber on either side of it, leads on a descent 33 feet long, to two chambers, which are excavated in the rock, under the centre of the tumulus, and are now nearly filled with the earth washed into them through the entrance... Ibid. p. 261.: On the descent from Aláklisi into the main route, the fields are covered with fragments of former buildings, and of ancient pottery . . A little beyond these foundations, following the road towards Yenidjé, occurs a fountain, below which, on the edge of the marsh, is a small village, named Neokhori or Yenikiúy, where a low mound of considerable extent, and apparently artificial, seems to have been intended as a defence against the encroachment of the marsh. At 20 minutes from Aláklisi, and 10 beyond the first fountain, is another much more copious source, which is received into a square reservoir of masonry, and flows out of it in a stream to the marsh. This source is called by the Bulgarians Pel, and by the Greeks *Πέλλη*. . . Below the fountain are some remains of buildings, said to have been baths, and still called *τὰ Λουτρά* . . . All the cultivated land around is covered with pottery and stones, and hereabout the coins which the labourers of Aláklisi collect in great abundance, are chiefly found. Eight minutes beyond the baths begins a second line of tumuli, of which there are three parallel to the road, at a short distance to the right of it. The westernmost, or last towards Yenidjé, is the largest of all, and has either been excavated, or has fallen in by natural decay, for it now exhibits the appearance of a double summit, with a hollow in the middle. It might naturally be supposed, that some of these tumuli were royal sepulchres, especially the lest mentioned, as well as that nearest to Aláklisi, which contains chambers in the rock; but as we are informed upon good

authority *) that Aegae continued to be the buriel place of the royal family, even after the seat of government was transferred to Pella, that tho body of Alexander was destined to be sent to the same place, hat not Ptolemy caused it to be carried to Egipt (Pausan. I, 6.), and that Philip Aridaeus, his wife Eurydice, and her mother Cynna, were buried at Aegae by Cassander (Diodor. 19, 52. Athen. 4, 14.); it is more probable that the tumuli of Pella are the tombs of some of the noble families of Macedonia.“

Ultima optime Britannus, coll. iis, quae de Aegis, non Edessa, ut necropoli regum istius terrae, monui pag. 48 sq. Ista Pellae sepulcra nobiliores quosdam Macedonas spectare puto, fortasse etiam exteros quosdam altioris notae, qui diem ibidem obierunt. **) Pellae rudera Leakius ipse inspexit, licet breve, ut video, tempus inclytae Macedonum regiae impendens. Ita factum esse puto, ut vir egregius Livii verba examini suo, in ipsis istis locis breviter commorans, non subjiceret. Neque enim attendit vir celeberrimus ad Livii locum de *paludibus Pellae inexsuperabilis altitudinis aestate et hieme, quas restagnantes faciunt lacus;* ubi Liviana vox *faciunt* idem est quod *gignunt:* spectantur vero, ni fallor, varii lacus in Eordaea siti ex occidente Bodinorum, e quibus maxima undarum copia ei fluvio ministratur, qui infra paludem Pellae Ludias dicitur. Moglenorum certe ager, unde Mogleneticus fluvius, nil stagni habet. In loco deinde Pellae, a Macedonum regibus electo, horum sapientiam Livius laudat. Namque aggerem ingentem, si Livium recte intelligo, velut insulam quandam paludi Macedones injecerant vel auxerant, ubi regiam suam habebant, inter-

*) Pausan. I, 6, 3.: *Τὸν Ἀλεξάνδρου νεκρὸν εἰς Αἰγὰς κομίζειν ἀνέπεισεν αὐτῷ παραδοῦναι.*

**) Ioannis Malalae chronographia libro VII. (p. 189. ed. Bonn.): *Μετὰ δὲ τὸ τὸν .. Ἀρταξέρξην, βασιλέα Περσῶν, ἀποθανεῖν ἐβασίλευσεν Ὦχος, υἱὸς αὐτοῦ, ὅστις ἐπολέμησεν Αἰγυπτίοις .. βασιλεύοντος τῶν Αἰγυπτίων τότε τοῦ Νεκταναβῶ· ... ὃς καὶ κουρευσάμενος τὴν ἰδίαν κόμην τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ ἀλλάξας αὐτοῦ τὰ βασιλικὰ ἱμάτια, ἔφυγε διὰ τοῦ Πηλουσίου ὁ αὐτὸς Νεκταναβῶ, καὶ εἰς Πέλλην, πόλιν τῆς Μακεδονίας, διέτριβεν. Ἐν τῷ χρόνῳ οὖν αὐτῷ ἦν τὰ κατὰ τὴν Ὀλυμπιάδα καὶ τὸν αὐτὸν Νεκταναβῶ θρυλλούμενα, ὡς διὰ χλεύης τινὸς* (illusionis cujusdam ope) *ἐπορνεύθη ὑπ' αὐτοῦ, καὶ συνέλαβε τὸν Ἀλέξανδρον, ὃν λέγουσιν ὑπὸ Διὸς Ἄμμωνος συλληφθῆναι.* Eandem Olympiadis calumniationem (poetis Atheniensibus talia deberi puto) jam Eusebius habet chronici libro I (Chilmead ad Malalam p. 546. ed. cit.): *Φυγόντος Νεκτανεβῶ* (sic), *ὥς τινες, εἰς Αἰθιοπίαν, ὡς δὲ ἕτεροι, εἰς Μακεδονίαν, ἡνίκα καὶ Ὀλυμπιάδι μιχθεὶς διὰ γοητείας υἱὸν ἔσχεν Ἀλέξανδρον.* Ista Aegyptii *γοητεία* spectasse mihi videtur ejusdem *λεκανομαντείαν*, i. e. divinationem per pelvim, coll. Allatii dissertatione de engastrimytho pag. 423. Euripides quoque, summus poeta, Pellae conditus fertur. De his alio huius dissertationis loco agam.

murali amne ab ipsa urbe discretam; non aliter ac Syracusanorum reges in Insula (*Νάσῳ*) sedem habuerunt, quam pons a Syracusis dirimebat. Jam vero iste agger s. peninsula etiamnunc conspicitur? Deinde vero Livii amnis *) unde veniens in Pellae lacum illabitur? Restantne vestigia muri, quo Pella discreta fuit a peninsula (aggere), i. e. ab ipsa regia? De his Leakium non quaesivisse doleo. Neque etiam de aliis quaesivit, e. g. de fama quadam veterum Graecorum, qui Axii (Bardarii) quoddam *ἀπόσπασμα* (particulam) in lacum Pellae delabi credebant, coll. Strabone in Excerptis libri 7, 9.: *Ἔχει δὲ* (Pella) *λίμνην πρὸ αὐτῆς, ἐξ ἧς ὁ Λουδίας ποταμὸς ῥεῖ· τὴν δὲ λίμνην πληροῖ τοῦ Ἀξιοῦ τι ἀπόσπασμα.* Axius fluvius si Pellae paludem petere volebat, id efficere debebat *καταβόθρων* quorundam beneficio, de quibus supra egi; quanquam omnia *καταβοθρα* unum eundemque alveum fluvii vallisque sequuntur, ubi paulo inferius eaedem undae denuo emergunt: lacus vero Pellae diversum plane locorum situm habet, aliamque vallem sequitur. Axiumne cum Pella Macedones fossae ope junxerint, nondum audivi. Talia vero, si locorum naturam inspexeris, valde ardua esse apparet. Nihilominus geographi quidam Axii particulam, duce, ni fallor, Strabone, in lacum Pellae illabi narrant, coll. tabula Franco-Galli Lapie, fol. VIII., ubi inter Axium et lacum Yenidge i. e. Pellae haec leguntur: *cours souterrain du Vardar.* Haec, ut tot alia, futuris Macedoniae viatoribus extricanda relinquo, velut Pellae lacus descriptionem et quasi historiam; Ludiae **) navigationem, antiquo, medio, nostro aevo exercitam, quod attigi in meis Thessalonicensibus pag. 310 sqq.; postremo diligentiora de isto fluvio, qui ab occidente, sc. ex urbe Turcarum *Gniaústa*, ***) in lacum Pellae illabitur (Lapie fol. VIII.).

---

*) Ex oriente lacus puto, et quidem e meridie, coll. tabula geographica Franco-Galli *Lapie* (fol. VIII.)

**) Ludiam a Macedonibus Borborum quidam dictum volunt, coll. Plutarcho de exilio p. 603.: *Ἀριστοτέλην δὲ καὶ λελοιδόρηκε Θεόκριτος ὁ Χῖος, ὅτι, τὴν παρὰ Φιλίππῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ δίαιταν ἀγαπήσας, „εἵλετο ναίειν Ἀντ' Ἀκαδημίας Βορβόρου* (stercoris) *ἐν προχοαῖς.“* Fluvium quendam, Pellae vicinum, Borborum dictum fuisse non addubito; id vero addubito, Ludiasne significetur. *Ludiae fluvio* Pella non apposita fuit, sed *lacui*, e quo Ludias e meridie originem habet. Macedonum igitur Borborus istum amnem significabit, qui arcem regiam urbemque Pellam dirimebat, coll. Livio, cujus verba supra dedi pag. 52 sq. Denominationis causa mihi in obscuro est. An amnis, arcem et urbem interfluens, lutulentus fuit? Poetae versiculi invidiam Atheniensium spectant, qua Aristotelem, sc. *Macedonem*, exagitabant.

***) De situ loci videatur Leakius (travels in Northern Greece, Vol. 3. p. 284). Nomen urbis idem dicit *Νιάγουστα*, quod ipsi videtur corruptum e *Νέα Αὐγοῦστα* (Nova Augusta). Talia eruditorum inventa in ambiguo relinquamus. Ceterum Niaústa urbs jam apud Byzantinos occurrit, coll. Georgio Acropolita annal. cap. 44 (p. 84. ed. Bonn.): *Μέχρι Πριλάπου καὶ τῶν Πελαγονίας χωρίων, Νευστάπολις* (sic) *τε καὶ Πρόσακος.* Acropolitae Neustapolin (si lectio vera) sic scribit Ephrae-

Pellam Philippus I rex auxit, ibi sc. (ac Thebis) educatus, coll. Strabone in Excerptis libri VII, 9.: *Ὅτι τὴν Πέλλαν, οὖσαν μικρὰν πρότερον, Φίλιππος εἰς μῆκος ηὔξησε, τραφεὶς ἐν αὐτῇ.* Filius ejus Alexander M. eam auxisse non videtur, coll. Themistio in oratione II (Tzschucke ad Pomponium Melam 2, 3, 1.). Oratores Attici (Demosth. pro corona p. 247. ed. Reiske) *χωρίον ἄδοξον* et *μικρὸν* dicunt; quod mihi non incredibile videtur. Namque Philippus demum Graecas artes suis militibus (Illyriis) applicuisse videtur. Victis apud Pydnam Macedonibus (ante Chr. 168.), Macedonia in IV partes a Romanis dilacerata est (Liv. 45, 29. 30.). Pellam tertiae partis caput consul Romanus fecit (Liv. 45, 29.). Ita fieri poterat, ut Pella quandam vitae speciem procrastinaret, et coloniam Plinius vocat (H. N. 4, 17, 10), ab Iulio Caesare missam (Tzschucke l. c. p. 158.). Verum Pliniani aevi scriptor Graecus, Dio Chrysostomus, oratione XXXIII (Opp. ed. Reiske. Vol. II. p. 12) de Pella haec habet: *Εἴ τις διέρχοιτο Πέλλαν, οὐδὲ σημεῖον ὄψεται πόλεως οὐδέν.* Ergo jam tum fere *κωμόπολις* (rusticorum habitatio) Pella erat, ut diu antea *Βούνομος* (boum pascuum) ab irrisoribus puto Atticis dicebatur.

Pellae urbis rudera num loco Turcarum Yenidsche *) respondeant, ego addubito. A Turcis locus ille dicitur *Yenidsche-Vardar*, coll. Hadschi Chalfa in Rumelia et Bosnia p. 84. 85. Turca tamen, egregius in aliis scriptor, in quibusdam errare videtur. Namque vocem Turcicam *Vardar* alibi quoque in Macedonia inveni, non ibi tantum, ubi Axius (Vardarius) memoratur, sed etiam juxta Tzernam (Erigonem). Hujus enim rivus quidam, ipsi affluens a meridie, apud Franco-Gallos (Lapie fol. VIII.) dicitur *Vardar du Sarigeul.* Et locus Yenidsche non Axii (Vardarii) ripam spectat, sed longe aliam regionem.

Pellae numi ultra Philippum I Alexandri M. patrem non ascendunt; ergo vetustiores reges a vicinis Graecis (Chalcidensibus, Thasiis, all.) monetam suam habebant. Unam Pellae inscriptionem Graecam (siquidem Yenidsche idem est quod Pella) Boeckhius protulit in Inscriptionibus Graecis nr. 1997.

Pella episcopum Christianum nunquam habuit; id quod, si quid aliud, testimonio esse poterit, quantopere Alexandri M. patria brevi post Pydnae pugnam (ante Chr. 168) decreverit, quanquam etiam tum erat particulae cujusdam Macedonicae metropolis

---

mius in Caesaribus v. 9033 (p. 361. ed. Bonn.): *Διὰ Ναυτζαπόλεως, ἀνύδρου τόπου.* Posterior scriptio hodiernae rationi convenit, ubi dicitur *Niaústa* s. *Niágostos* (turcice *Agostos*). Quare vero Ephraemius locum *ἄνυδρον* dicat, nondum inveni. Secundum tabulas geographicas est *ἔνυδρος*, immo *εὔυδρος* (aquis abundans). Niaústa e septentrione Berröae jacet, ex occidente Pellae.

*) Ioannis Anagnostae narratio de capta per Turcas a. 1430 Thessalonica cap. 20 (p. 524. ed. Bonn.): *Τοῖς ἀπὸ τῶν Γενητζῶν ἀπαναστᾶσι Τούρκοις.* Eos sc. imperator in urbem Thessalonicam, modo captam, transposuit.

(Liv. l. c.). Hodie Bulgari, Turcarum mancipia, armenta sua ibi locorum pascunt. *Alaklissa* (Allae i. e. Dei ecclesia) sedes istorum pastorum nunc dicitur, lingua Graecorum et Turcarum ut alibi mixta. *Palatisia* quoque nuncupari fertur, quod nomen diminutivi formam, Byzantinis usitatissimam, significare videtur. Byzantini fortasse cum Bulgaris suis palatiorum reliquias conspexerant.

De lacubus, unde Ludias cum palude sua oritur, supra egi. Ludias, quanquam talia Mannerto (l. c. p. 474) videntur, stagna non facit, sed ipse oritur e stagno (palude) Pellae. Livium Mannertus indiligenter inspexit. Eidem Pella idem est quod Vodina, quam opinionem paulo superius explosi; et Vodina rupi imposita est, non Pella, ubi, ut in campo palustri, parum saxi vivi inveniri existimo.

MUTATIO GEPHYRA M. X. Ita solus Hierosolymitanus (p. 605), in talibus omnium uberrimus enarrator: reliqui tacent. Significatur Axii (Vardarii) inferioris pons, Graeco nomine γεφύρα (Γεφύρα). Macedones igitur vel quarto seculo nomen suum Graecum tenuere; Romanis dicere licebat *Pons*, ut supra habuimus locum *Pons Servilii*; pontibus autem strenue Romani invigilabant. Et *Pontis* nomine in Romanorum itinerariis nil freqnentius, de quo videatur Petri Wesselingii index itinerariorum s. vv. *Pons, Ponte, ad Pontes* rell. In eodem plane transitu Axii inferioris nunquam non pons fuit, et ibi quidem, ubi nunc duo alvei conspiciuntur. De Axio flumine acta agere non decet. Ergo vide meam Thessalonicam pag. 287—310., ubi disputavi de nomine, fonte, pontibus, vadis, alveo fluvii, cett. Ibi quoque geographiam Macedoniae occideutalis physicam exposui.

MUTATIO AD DECIMUM M. X. Hunc locum solus Hierosolymitanus habet, ut tot alia. Est mihi statio ignota. Omisit eam Wesselingius. Lete Macedonum vix erit, coll. meis Thessalonicensibus pag. 65 sq. 284. Namque via publica mari propius ducebatur: Lete erat intus, de qua vide Nos l. c. p. 65 sqq. p. 284.

THESSALONICA M. P. XXVII. Itineraria varios numeros inter Pellam et Thessalonicam habent, quae vide.

Thessalonicam anno 1839 peculiari libro illustravi. *) Egnatiae Thessalonica fere centrum fuit, medio loco inter Cypsela Thraciae et Dyrrachium Illyrici posita. Et ipsa quoque urbs Thraciam cum Illyrico ope Macedoniae ita junxit, ut praeter Thessalonicam alia ibidem civitas vix inveniri posse videatur, quae magna regionum fertilissimarum commercia magis juvare possit. Macedonum antiqui reges, quum Edessa relicta Pellam, ut sedem regiam, eligerent, sinum Thermaeum ejusque momentum maritimum insuper habebant, de quo vide Nos supra pag. 52. Sic Pellam eligebant, non Thermam (Thessalonicam), marium istorum vere dominam.

---

*) De Thessalonica eiusque agro, dissertatio geographica. Berolini 1839. 18. CIX. 553 pagg.

Liber meus Thessalonicensis tripartitus est. Namque in Prolegomenis exponitur: Thessalonicensis historiae momentum. Urbis nomina eorumque scriptio. Civitatis conditor. Incolarum genera. Historia urbis antiquissima. Thermae nominis mutatio in Thessalonicam. Macedonia a Romanis subacta. Thessalonica ultimo aevo libertatis Romanae. Thessalonica libera civitas. Forma civitatis sub Romanorum imperio. Thessalonicae decora christiana. Sacra ethnica, mores civium, instituta publica. Bellorum Thessalonicensium quaedam series: primo Gothi. Iulianus imperator de Thessalonica. Eadem urbs mater totius Macedoniae. S. Demetrius. Thessalonica orthodoxa. Constantinus M. paganis sacra sua interdicit. Theodosius M. cladem urbi infert. Sclavinorum primus adventus Macedonicus. Bellorum Macedonico-Slavicorum initia et decursus.

In ipsa Dissertatione exponitur: Situs urbis. Antiquitas urbis et nomina. Magnitudo atque opulentia. Dignitas politica. Dignitas ecclesiastica. Diöcesis. Portae. Aedes partesque urbis potiores. Munimenta. Suburbia. Arx. Aquaeductus, putei, cisternae, cloacae. Portus. Sinus. Mercatura. Nundinae Demetriacae. Demetria. Ager.

Tertia pars (Appendix) haec habet: Belleii Thessalonicensia. Eustathius Thessalonicensis (epistolae Eustathio datae; monodiae in obitum eiusdem; inedita Eustathiana). Marmor viride veterum. Tributa Atticorum seculo XII praestita. Beniamini Tudelitani itinerarium (specimen novae editionis). *) Codicis Barocciani CXXXI descriptio.

Schedas meas Thessalonicenses, antequam publici juris fierent, in istis ipsis terris secum habere non dedignavit vir eximius, Ernestus *Zachariae*, prof. juris Heidelbergensis. **)

Diligenter, ut vidi, in easdem regiones oculos ille convertit, quas meae curae tum temporis spectabant, atque etiamnunc spectant. Muros urbis Macedonici fere aevi esse,

---

*) De his meis curis Beniaminianis v. *Asherum* in optima Hispanici itinerarii editione Vol. II. p. XIV. 28—55. Libri titulus est: The itinerary of Rabbi Benjamin of Tudela. Translated and edited by A. *Asher*. Londini et Berolini. 1840. 41. 2 Voll. Adde Wassermannum, philos. doctorem, in Philippsohni ephemeridibus: Allgemeine Zeitung des Judenthums. 1840 (Literatur-Blatt pag. 409 sq.). Is vir eruditissimus speciminis nostri censuram egit, quod novam Beniamini Tudelitani editionem promisit.

**) Dr. E. *Zachariä's*, correspondirenden Mitgliedes des archäologischen Instituts zu Rom, Reise in den *Orient*, in den Jahren 1837 und 1838. Ueber Wien, Venedig, Florenz, Rom, Neapel, Malta, Sicilien und Griechenland nach Saloniki, dem Berge Athos, Konstantinopel und Trapezunt. Mit einer Charte des Berges Athos. Heidelbergae 1840.

idem mecum statuere videtur. In ecclesiarum historia mecum facit, id quod maxime gaudeo factum in historia ecclesiae Demetriacae. Viam Egnatiam non per montem Hortasch ductam fuisse, idem rite perspexit, sed juxta lacum Mygdoniae utrumque. Verum talia per proximae occasionis opportunitatem diligentius persequar. *)

*) Quae mihi b. Pouquevillius de Gynaecocastro arce, e septentrione Thessalonicae, p. 10. scripsit, ea falsa esse, ex meis Thessalonicensibus p. 279. apparet. Dicitur locus *mulierum arx* (Turcice *Avret-Hissar*), adeo sc. firma et munita, ut vel mulieres eam defendere possint. Ad reliquas Pouquevillianae epistolae partes tum in antecedentibus responsum est, tum in posterioris dissertationis decursu respondebitur.

Errata typographica.

Pag. 26. l. 22. pro *deletas* lege *deletos*.
— 35. l. 13. pro *metropolis* lege *metropolin*.
— 35. l. 5. (infra) pro *suae* lege *sua*.

VIAE MILITARIS ROMANORUM EGNATIAE PARS POSTERIOR,

SIVE STATIONES THESSALONICAM ET CYPSELA INTERCEDENTES.

Thessaloníсam, ut nuper docui,*) via militaris Romanorum Egnatia a parte occidentali cum Dyrrachio atque Apollonia, Illyriorum civitatibus, junxit; a parte orientali cum urbe Cypsela s. Cypselis, ad Hebrum sita (Strabo 7, 7). Prior Egnatiae pars, occidentalis, multas reliquias tum alibi, tum in ipsius Thessalonicae vicinia ostendere dicitur (*Beaujour,* voyage militaire dans l'empire Othoman, Vol. I. p. 205., coll. p. 199); quas cum nulla tabula recentiorum geographica delineatas ostendat, operae pretium vix esse videtur, de ipso viae tractu ac longitudine uberius disputare, in qua definienda jam veteres dissensisse constat (*Pouqueville,* voyage dans la Grèce ed. II. Vol. III. p. 39—63. *Beaujour,* l. c. p. 205 sq.) Namque ejus stationes, si ad unam omnes in recentioribus nominibus detegantur, quid lucis ei affundent, qui viae totius anfractus et ambages cum ascensibus ac descensibus montium ignorat? Posterior quoque viae antiquae pars, orientalis, inquam, quae inter Thessaloníсam Hebrumque intercurrit, haud raras reliquias ostendere dicitur, coll. Cousinerio Vol. I. p. 140., quo teste in ipsis viae Egnatiae reliquiis viatores, per portam Thessalonicae Vardariam (Axianam) ab occidente venientes, urbem intrant. De vicina Mygdonia v. Clarkium in itinerario 2, 3, 376 sq.; quem locum paulo inferius memorabo. Alias Viae reliquias apud viros doctos rarius inveni.

De via Egnatia, quae Thessaloníсam tangit, Ioannes Cameniata ad annum 904. loquitur in narratione Turcica cap. 9. (Theophanes continuatus pag. 500. ed. Bonn.), licet nomine illius non significato: *Λεωφόρου γὰρ,* ait, *δημοσίας, τῆς πρὸς ἀνατολὴν ἀγούσης ἀπὸ τῆς δύσεως, διὰ μέσου τῆςδε χωρούσης τῆς πόλεως, καὶ ἀναγκαίως πειθούσης τοὺς παροδεύοντας πρὸς ἡμᾶς ἐνδιατρίβειν καὶ τὰ πρὸς τὴν χρείαν πορίζεσθαι, πᾶν ὁτιοῦν ἂν εἴποι τις τῶν καλῶν ἐξ αὐτῶν ἐκαρπούμεθά τε καὶ προσεκτώμεθα.* Aliam ejus mentionem (si locum recte intelligo) apud Annam Comnenam deprehendisse mihi videor libro X (p. 289. ed. Paris., p. 229. ed. Ven.), ubi *via recta* (*εὐθεία*), inter Dyrrachium et Constantinopolin intercedens, ei opponitur, quae ex urbe Dyrrachio per Philippopolin Thraciae eodem (Cpolin) ducit.

---

*) Via militaris Romanorum Egnatia, qua Illyricum, Macedonia et Thracia iungebantur. Pars occidentalis. 1841. p. 3.

Numerum dierum, quibus per terram continentem Constantinopolin pervenitur ex urbe Thessalonica, Byzantini scriptores non exponunt, ea opera Francis, Cpoleos a. 1204 victoribus, relicta. His igitur testibus dierum duodecim iter inter utramque civitatem intercedit, licet singulis stationibus non significatis, quas ego in fine totius opusculi duce Clarkio enumerabo. Ergo Godofredus Ville-Hardouin de la conqueste de Constantinople cap. 160. (ed. Paris. p. 125., ed. Ven. p. 50.): *Et la terre de Constantinople trosque Salonique ére si seurs, que il i pooient bien aller, qui aller i voloient. Et si avoit d'une cité à autre bien douze jornées granz.* Ab hoc dierum numero parum abludit Turca Hadschi-Chalfa in Rumelia et Bosnia p. 78. Is XIII diebus ex urbe Thessalonica Cpolin perveniri dicit, quod cum Ville-Harduino (*bien douze jornées granz*) bene convenit. Dies XV huic itineri assignat Pocockius in Beschreib. des Morgenl. Vol. III. p. 216. Dies XVIII poeta medii aevi theotiscus (Hug-Dieterich's Brautfahrt und Hochzeit. Herausgeg. v. *Oechsle*. Oehringae 1834. p. 7.): *An dem achtzehnden Morgen waren sie gen Salneck komen* (e Constantinopoli).

Physicam Macedoniae orientalis geographiam in Thessalonicensibus meis p. 232 sqq. commentarii uberioris ope illustravi. Egi (ut minora praetermittam) de Mygdoniae ambitu et finibus, qui sc. inter Axium (Vardarium) et Strymonem (Strumam), immo ulterius patebant. Exposui ipsam Mygdoniam, maximopere urbem ejus principalem, Apolloniam. Ibidem Crestoniam et Bisaltiam partes Mygdoniae fuisse docui. Varia deinde narravi de lacubus et fluviis istarum regionum, non omisso Philipporum campo palustri, lacu Cercine (Takinos), Strymone fluvio cum Amphipoli. Ibidem inquisivi in Bolben lacum (Beschik); lacum Prasiadem (Basilii, Langazae); fluvium Procopii Rechium; montem Dysorum; Echedorum et Axium fluvios (pagg. 232—310).

Postremo quod Leakius Britannus itinerariorum circa numeros dissensu more suo ita utitur, ut plures tractus ejusdem viae, quam Romani munivere, statuendos existimet, id in sua quoque tabula borealis Graeciae geographica admisit. Ita factum est, ut sibi unam et alteram Egnatiam, per campos Mygdoniae palustres ductam, effinxerit; id quod in ea quoque tabula geographica factum video, qua iter suum per Asiam minorem institutum illustravit. *) Nec melius popularis noster Reichardus egit, cum duplicem Melissurgin sibi excogitaret (in Mygdonia et ad sinum Thermaeum), pro una, quae sufficiebat.

Sequenti tractationi, ut antea, praemitto veterum itinerariorum eas Egnatiae orientalis partes, quae mediae sunt inter Thessalonicam et Cypsela, Thraciae urbem, totius viae terminum.

---

*) Iournal of a tour in Asia minor... by William Martin *Leake*. London. 1824.

Itinerarium Antonini.		*Tabula Peutingeriana.*	*Itinerarium Hierosolymitanum.*
a. Via inter Thessalonicam et Cypsela.	b. Via inter Thessalonicam et Cypsela.	Via inter Thessalonicam et Cypsela.	Via inter Cypsela et Thessalonicam.
Melissurgin (a Thessalonica) M. P. XX.		Melissirgin (a Thessalonica) XVIII.	Mansio Cypsela M. XII.
			Mutatio Demas M. XII.
Apollonia M. P. XVII.	Apollonia M. P. XXXVI.	Apollonia XXX.	Civitas Traianopoli M. XIII.
Amphipoli M. P. XXX.	Amphipoli M. P. XXXII.	Amphipoli XXXIII.	Mutatio Adunipara M. VIII.
Philippis M. P. XXXIII.	Philippis M. P. XXXII.	(Philippis)	Mutatio Salei M. VII.
Neapoli M. P. XII.		Fons Co. XX.	Mutatio Melalico M. VIII.
		Neapolis XLIII.	Mutatio Berozica M. XV.
Acontisma M. P. IX.	Acontisma M. P. XXI.	Acontisma XVIII.	Mutatio Breirophara M. X.
Topiro M. P. XVII.	(Otopiso M. P. XVIII.)	Topiro XIII.	Civitas Maximianopoli M. X.
Cosinto M. P. XIII.	(Stabulo Diomedis M. P. XXII).	Cosinto XXIII.	
Porsulis, quae modo Maximianopolis M. P. XXIII.	Impara s. Pyrsoali, nunc Maximianopoli M. P. XVIII.	Porsulis XX.	Mutatio ad Stabulo Dio M. XII.
			Mutatio Rumbodona M. X.
			Civitas Epyrum M. X.
Brendice M. P. XXI.	Brizice M. P. XX.	Brendici XII.	Mutatio Purdis M. VIII.
Milolito M. P. XII.		Micolito XXIII.	Mansio Hercontroma M. IX.
Timporo M. P. XVI.			Mutatio Neapolin M. IX.
Traianopoli M. P. IX.	Traianopoli M. P. XXXVII.		Civitas Philippis M. X., ubi Paulus et Sileas in carcere fuerunt.
			Mutatio ad Duodec. M. XX.
Dymis M. P. XVI.	Cypsela M. P. XXIX.	Dymis XX.	Mutatio Domeros M. VII.
Summa: M. P. 248.	Summa: M. P. 265.	Summa: M. P. 235.	Civitas Amphipolin M. XIII.
			Mutatio Pennana M. X.
			Mutatio Peripidis M. X.
			Mansio Apollonia M. XI.
			Mutatio Heracleustibus M. XI.
			Mutatio Duodea M. XIV.
			Civitas Thessalonica M. XIII.
			Summa: M. P. 272.

Viam Egnatiam, quae inter Edessam ac Thessalonicam XV leucarum spatio intercedit, per terram planam, satis tamen iniquam, sc. saepe inundatam, a Romanis fuisse ductam, e dissertatione mea geographica de Thessalonica ejusque agro apparuit. *) Quod incommodum vitari non poterat. Jam quaenam via erat inter Thessalonicam atque Apolloniam? Eane, quae oram borealem lacus minoris (Prasiadis), dein maioris (Bolbae), sequitur, de quibus ibidem egi pag. 258 sqq. An ea, quae, magnam Chortaeti montis partem superans, ad maiorem lacum descendit, deinde initium sinus Strymonii petit? Prior puto via, si quidem Mygdonicae vallis palustris incommoda etc. declinanda videbantur. Quod a Romanis factum non dubito, quamquam sic ambages quaedam non evitabantur, inprimis montium et convallium loca aspera et salebrosa, quas ibidem exposui; deinde torrentes haud pauci a borea in utrumque lacum illabentes. Persuasum omnino mihi est, viam Egnatiam ibi locorum flexu fere septentrionali atque orientali juga convallesque Chortaeti superasse, deinde ad oram occidentalem lacus Prasiadis (S. Basilii, item Langazae) descendisse, postremo oram utrinsque lacus (Prasiadis et Bolbae) septentrionalem legisse, atque sinum Strymonium attigisse. Cousinerium Vol. I. p. 116. in reliquias viae Egnatiae (*Appianam* et *Appiam* dicit miro errore) non diligentius inquisisse doleo. Ejus loco videatur Clarkius (travels II, 3. p. 376 sq. ed. quatern.): *We then descended* (a Chortaeto monte) *into the very extensive and fertile plains of Lagadno and Baleftchino; so called from two villages having these appellations .. Upon the south-western side of this plain is a large lake: it was upon our right, our roate being south-east. This lake is called that of St. Basil .. In this plain there are little tumuli close to the road, marking the distances. They are easily distinguished from antient sepulchres, because their size is more diminutive; and when used as marks of distance, they occur in pairs, one being on either side of the way. In this manner they appear in the whole route to Constantinople.* Idem ibid. not. 2.: *The author more than once alighted from his horse to measure the distance, by paces, from one of these stations to the next ensuing; and found it to equal, as he thought, two roman miles, of a thousand paces each .. They are much more frequent, and occur with greater regularity, as the traveller approaches Constantinople.* — Zachariae, Reise in den Orient in den Jahren 1837. 1838. pag. 216.: „Um Mittag endlich machten wir uns eilig auf die Reise. Auf einem gepflasterten Wege, der von Saloníki ausgeht, und südlich vom Chortiatsch und Cholomon an Galatista vorüberführt, gelangten wir in vier Stunden nach Nisworo. Dieser Weg ist von türkischer Arbeit: man behauptet gewöhnlich, dass er der Richtung folge, die einst die römische Strasse von Thessa-

*) De Thessalonica eiusque agro, dissertatio geographica. Berolini 1839. 18. CIX. 553 pagg.

lonike nach Constantinopel, die *Via Egnatia*, eingeschlagen habe. Indessen lassen sich nirgends weder Spuren einer römischen Kunststrasse, noch auch Ruinen von Städten, die einst daran gestossen, entdecken: und wenn man bedenkt, dass die Gegend südlich vom Chortiatsch und Cholomon fast unwegsam ist, und dass eine durch dieselbe angelegte Strasse, um nach Konstantinopel zu führen, einen ganz unnützen Umweg machen würde, so kann man kaum glauben, dass die Via Egnatia nicht den weit bessern und nähern Weg im Norden der Gebirge und den Seen entlang eingeschlagen haben sollte."

Itinerariorum numeri, qui viae inter Thessalonicam atque Apolloniam intercedenti tribuuntur, parum variant; magis nomina *mutationum*, per quas ad Apolloniam, sc. *mansionem*, perveniebatur. Verum in veterum itinerariis mutationes minoris momenti esse constat, quam mansiones; unde saepius pro temporum ratione ipsae quoque mutabantur.

MUTATIO AD DUODECIMUM. Sic procul dubio legendum pro insano *Mutatio Duodea*. Haud raro enim *mutationes* lapide significantur, e. g. *mutatio ad quintum, sextum, octavum, nonum, decimum, undecimum, duodecimum, quartum decimum, quintum decimum, septimum decimum* etc., coll. indice Wesselingiano ad suam itinerariorum editionem. *Mansionem* ita significatam nusquam legi. Itinerarium Hierosolymitanum post *Duodea* addit M. P. XIV. Expectabas M. P. XII. In illis enim mutationibus, quae lapidis milliaris nomen gerunt, millia passuum, in fine posita, tantum non ubique lapidis nomini numeroque respondent, e. g. MUTATIO AD DECIMUM M. X. Rariora sunt exempla diversi generis, e. g. MUTATIO AD QUINTUM M. VI. (Itin. Hierosol. p. 608.).

Hanc mutationem in ea via colloco, qua Clarkius, Thessalonica egressus, Constantinopolin tetendit, itinerar. 2, 3, 376.: ... *we rode through the eastern gate of the city. Entering the plain without the walls, we passed a tumulus at half an hour's distance from the town, almost as large as the one we measured in coming from Tekále. It is also close to the road upon the left hand.. We afterwards saw a mound, on which there seemed traces as if a fortress had stood there: beneath it were the remains of walls, and hard by a fountain, the water of which was received into the operculum of a antient soros.* Clarkius ibidem pergit: *Thence passing over some hills, in two hours' time we entered a defile, where we saw ruins upon the heights above us, as of a fortress on either side. There is also part of an aqueduct.* De hac mutatione nil aliunde cum Wesselingio (p. 605) comperi.

MELISSURGIN. Hanc formam bis habet Itinerarium Antonini; tabula Peutingeriana *Melisirgin*. Inter eam ac Thessalonicam M. P. XVIII vel XXI intercedunt. Vox bene graeca est μελισσουργὶς, a Suida (v. μελισσουργὶς) api, ut mellificae, tributa; quod praedicatum e veteri scriptore petitum videtur. Mihi vicus quidam esse videtur, mellificatione olim puto clarus. Quid? quod vel hodie Thessalonica mel ceramque

vendit, referente Clarkio travels II, 3, 366. Idem de montis Atho monasteriis constat, cujus monachi praeter alia hanc quoque mercaturam exercebant, coll. Bondelmontii libro insularum Archipelagi cap. 70. (ed. de Sinner p. 127.).

Melissurgum, ut dixi, Antonini Itinerarium habet, deinde tabula Peutingeriana. Locus cum suo nomine hodiedum extat, coll. Leakio (Travels in North. Greece Vol. 3. p. 461.): *On the road from Thessalonica to Apollonia of Mygdonia, a Melissurgi occurs in two of the Itineraries: this place still preserves its ancient name in the usual Romaic form of Melissurgús, and is inhabited by honey-makers, as the word implies.* Ex hujus Melissurgi sede et loco quaestio pendet de ea Egnatiae parte, quae Mygdoniam inter sinum Strymonium et Thermaeum penetrat. Alius locus, nomine Melissurgus, occurrit prope ad lacum Ianninae (Ioanninae) in Epiro. Vide tabulam geographicam Franco-Galli Lapie fol. XI.

Duplicem Melissurgum juxta Thessalonicam statuit Reichardus in Orbe antiquo: „Mellisurgis (sic). It. Ant. Wessel. p. 328. Messimuri, Palma, Vaudoncourt. Messimera, Riedl. Utriusque itinerarii viam per septentrionale quidem Bolbes lacus littus duxisse, Egnatiae monet series, et alterum hujus nominis oppidum ibi jacuisse certum est, quod Tabula, Ravennas et Itinerarium Antonini p. 320. XX M. P. a Thessalonica remotum habent. Nihilo tamen minus nostrum illud existimamus, quod in secundo Antonini itinere (l. Itinerario) occurrit. Iter enim hoc oppido finitur, et XX M. P. numerantur, quae vero spatio egregie respondent. Alterius memoria videtur extincta.“ Ita Reichardus, qui initio suae expositionis ita scribere debebat: „Itinerarium Antonini p. 320. 328. ed. Wesselingii.“ Bis enim in isto Itinerario Melissurgus occurrit. Palmae, Vaudoncourtii, Riedlii futilitates non moror. Quare vero Reichardus duplicem Melissurgum statuit? Peutingeriana certe tabula id vix suadere poterat. Ravennas vero Anonymus (4, 19) hoc solum habet: *Philippi, Amphipolis, Apollonia, Melisurgi* (sic), *Thessalonici* (sic), *Pella*, cett. Reichardus nihilominus alteram Melissurgum e meridie Thessalonicae sinui Thermaeo apponit.

HERACLEUSTIBUS (*Ἡρακλέους στίβος*). Est mutatio, non mansio, Apolloniae satis vicina, coll. Itinerario Hierosolymitano. Hunc locum sub montibus inter Thessalonicam atque Apolloniam intercedentibus quaerendum esse puto. Causa nominis in obscuro est. Herculisne vestigium rupi cuidam vicinae impressum cernere sibi veteres videbantur, ut aliorum deorum vestigia alibi monstrabantur? Revera montium illorum saxa singulares formas referunt, narratque Paulus Lucas in itinerario anni 1714 etc. (ed. Amstelod. 1720. Vol. I. p. 33.) fabellam incolarum de hominibus ibi in saxa mutatis. Adde Clarkium l. c. pag. 378., qui prope urbem *Clissele* (in Bolbae fine occidentali) miras saxorum formas memorat. Verum saxa P. Lucae et Clarkii Bolbae vicina sunt, non monti Chortaeto.

APOLLONIA. Mansionem disertis v 'bis dicit Itinerarium Hierosolymitanum, cui egregie convenit, quod eam Livius (hist. 45, 28.) itineris diei spatio ab Amphipoli distare dicit. Neque aliter intelligenda SS. Apostolorum Acta 17, 1., ubi S. Paulus apostolus, relictis Philippis, Amphipolin, deinde Apolloniam, hinc Thessalonicam venisse dicitur. Divus enim Lucas, haec narrans, mansiones memorat, non mutationes. His non admodum adversatur Cantacuzenus histor. 3, 38.: *Ῥεντίνα, φρούριόν τι, Θεσσαλονίκης ἡμέρας ὁδὸν διέχον.* H. e. *Rhentina* (inter Bolben et Amphipolin) *castellum, a Thessalonica unius diei itinere distans.* Cantacuzenus de maiore diei unius itinere loqui videtur, veteres auctores de itinere vulgari. Et via Thessalonicensis in boreali Bolbae litore, quam imperator faciebat, brevior esse dobebat. Bolbae vicinam dicere videtur Scylax cap. 67.: *Βόλβη λίμνη, Ἀπολλωνία Ἑλληνίς.* Cousinerio l. c. p. 115. sq. eadem esse videtur cum hodierna *Polina*, cujus utinam sedem Idem definisset. Mihi Apollonia eadem esse videtur cum pago hodierno *Clisscle* (Clissely, Clissala), inter Prasiadem et Bolbem lacus sito, septem horarum spatio a Thessalonica distans (Clarke l. c. p. 377.). Apolloniae certe sedem e vicinia orae Bolbes occidentalis quaerendam esse, satis testatur ordo verborum, quo de ea loquitur Scylax l. c. Neque obstat Plinius H. N. 4, 10. (17.): *Regio Mygdoniae subjacens, in qua recedentes a mari Apollonia, Arethusa.* Haec enim (Arethusa, inquam) ex oriente Apolloniae, utut de hujus situ statues, quaerenda est, Pliniusque potiorem urbem primo loco memorat. Cum nostra vero Apollonia nolis confundere aliam, inter Nestum Strymonemque fluvios sitam, de qua Pomponius Mela 2, 2, 9.: *Interque eum* (Nestum) *et Strymona urbes sunt Philippi, Apollonia, Amphipolis.* Quibuscum plane consentit Strabonis epitomator (7, 8, 5.): *Εἶτα αἱ τοῦ Στρυμόνος ἐκβολαί· εἶτα Φάγρης, Γαληψὸς, Ἀπολλωνία, πᾶσαι πόλεις· εἶτα τὸ Νέστου στόμα.* Eandem agnoscit Hierocles in synecdemo p. 640. Wessel.: *Φίλιπποι, Ἀμφίπολις, Ἀπολλωνία, Νεάπολις.* Ubi Wesselingius de Apollonia montis Atho cogitat: vix recte. Obstat enim Neapolis deinde memorata. Mirum vero in textu ejusdem Hieroclis, quod post Neapolin affert Acanthum. Num haec seculo VI superstes erat? Vix credo. An lectio corrupta est? Tertiam Apolloniam, item Macedonicam, aperui in Thessalonicensibus p. 63.: est montis Atho.

De Apollonia Mygdoniae in Thessalonicensibus egi pag. 238 sqq., ubi hoc potissimum evincere conatus sum, hanc Apolloniam fuisse coloniam Chalcidensium Pallenae, auctore Perdicca Macedone s. conditam s. auctam. Ibidem de sacris hujus Apolloniae disputavi. Historiam hujus Apolloniae Christianam alibi tangam.

MUTATIO PERIPIDIS M. X. Ita solum Itinerarium Hierosolymitanum. Legendum esse MUTATIO EURIPIDIS (sc. sepulchrum), alii viderunt, coll. Petro Wesselingio pag. 604 sq. Addit Itinerarium: *Ibi positus est poeta Euripides.* Ibi locorum Euripidem, summum Atheniensium poetam, canes dilacerasse feruntur. Ammia-

nus Marcellinus 27, 4.: „*Arethusa* convallis et statio est, in qua visitur Euripidis sepulcrum, tragödiarum sublimitate conspicui.“ Bromiscum (Bormiscum), ibidem sitam, mortis locum fuisse, Stephanus Byzantius testatur his verbis: *Βορμίσκος, χωρίον Μακεδονίας, ἐν ᾧ κυνοσπάρακτος γέγονεν Εὐριπίδης, οὓς κύνας τῇ πατρῴᾳ φωνῇ ἑστερικὰς καλοῦσιν οἱ Μακεδόνες, ὁ δὲ ποιητὴς τραπεζῆας. Ἐκ δὲ τῶν τραυμάτων ἀῤῥωστήσαντα αὐτὸν ἀποθανεῖν.* Sepultum Arethusae veteres tradidere, coll. Ammiano Marcellino, cujus verba supra repetii. Addo Addaei epigramma (Anthologia Graeca Palatina VII, 51. Vol. I. p. 321):

Οὔ σε κυνῶν γένος εἷλ', Εὐριπίδη, οὐδὲ γυναικὸς
Οἶστρος, τὸν σκοτίης Κύπριδος ἀλλότριον,
Ἀλλ' Ἀΐδης καὶ γῆρας· ὑπαὶ Μακέτῃ δ' Ἀρεθούσῃ
Κεῖσαι, ἑταιρείῃ τίμιος Ἀρχέλεω.
Σὸν δ' οὐ τοῦτον ἐγὼ τίθεμαι τάφον, ἀλλὰ τὰ Βάκχου
Βήματα καὶ σκηνὰς ἐμβάδι πειθομένας.

Alii Pellae sepultum narrant, coll. Anonymo Anthologiae modo citatae VII, 44 (p. 319):

Εἰ καὶ δακρυόεις, Εὐριπίδη, εἷλέ σε πότμος,
Καί σε λυκοῤῥαῖσται δεῖπνον ἔθεντο κύνες,
Τὸν σκηνῇ μελίγηρυν ἀηδόνα, κόσμον Ἀθηνῶν,
Τὸν σοφίῃ Μουσέων μιξάμενον χάριτα·
Ἀλλ' ἔμολες Πελλαῖον ὑπ' ἠρίον, ὡς ἂν ὁ λάτρις
Πιερίδων ναίῃς ἀγχόθι Πιερίδων,

Hanc narrandi discrepantiam sic equidem conciliari posse existimo, ut Arethusae vere conditum fuisse, Pellae cenotaphium habuisse statuam.

De Arethusa quaedam eorum repetere lubet, quae nuper exposui in libro: Realencyclopaedie der classischen Alterthumswissenschaft Vol. I. p. 712.: „*Arethusa,* Stadt in Macedonien, zwischen Amphipolis und dem Bolbe-See, nach Steph. Byz. in Thrazien, was dasselbe ist, da das Land zwischen Axius und Strymon früher thrazisch war; nach Ptol. (Geogr. III, 13.) in Amphaxitis, was nur so verstanden werden kann, dass eine Kolonie vom untern Axius (Amphaxia) dorthin verpflanzt worden war (s. die Analogie von Bottiäa, Pieria u. s. w.); oder ist bei Ptol. *Ἀμφαχτίας* zu lesen (in der Nähe der Acte, d. h. des Berglandes des Athos). Die Stadt lag in Bisaltia, einem Theile Mygdoniens (s. m. Thessalonica S. 241 ff.). Dass diese Stadt altgriechische Kolonie war, sagt Skylax c. 67., vielleicht von den Chalkidiern Euböa's . . . . . . gestiftet, die auch dort Anlagen hatten. Ob sie mit dem thrazischen Bromiskus jener Gegend identisch sei (dort das Grab des Euripides, Amm. Marc. XXVII, 4. Itin. Hierosol. S. 604.), ist nicht entschieden. S. übrigens Mannert VII. 469. Leake Travels in North. Gr. III. 170 f. 460. Ich vermuthe, dass später aus einem der beiden Orte der feste Platz Rentina entstand, worüber meine Thessalonica S. 68. nachzusehen ist.“

MUTATIO PENNANA M. X. Mihi cum Wesselingio incognita est. Situm habuit ex orientali ejus fluvii latere, cuius alveo Bolbe lacus in sinum Strymonium exoneratur, sc. Rechii (Thessalonica pag. 272). An fuit Argilus Herodoti 7, 115.? Non decerno; namque Itinerarii lectio corrupta mihi videtur.

AMPHIPOLIS. Numeri Itinerariorum parum inter se discrepant. Situm ejus in laeva Strymonis ora quaerendum esse, ubi iste fluvius e lacu Cercine (Takinos) exit, nota omnibus res est. De nominis quoque causa nil est, quod eruditos moneam. De Amphipoli ita Leakius (Travels in northern Greece Vol. 3. p. 183): „The site of Amphipolis is now called Mármara, and there was formerly a village of that name (Cantacuzenus I, 35). *) Neokhóri, as the word implies, is a recent construction.“ Locum Neokhóri (turcice Ienikiöi, Neustadt) Amphipoleos ruderibus fere respondere, nec ego addubito.

Amphipolin ab Eïone, Christopeli, Chrysopoli distinguendam esse, in Thessalonicensibus docui pag. 499 sqq.

Post Böckhium (Inscriptt. Gr. nr. 2008) de Amphipoli Kutzenius egit in libro: De Atheniensium imperio, Cimonis atque Periclis tempore constituto. Grimmae 1837. p. 12 sqq. Pauly, in libro: Realencyclopädie der class. Alterth. Wissensch. Vol. I. p. 438 sq.

Pugnam Atheniensium et Lacedaemoniorum Amphipolitanam Leakius illustravit l. c. Vol. 3. p. 191 sqq.

De numis urbis videatur Mionnetus in Médaill. antiqu. I. 462 sqq. Adde Leakium l. c. Vol. 3. p. 483.

Amphipoleos rudera plurimam partem Byzantina esse videntur. Cantacuzenus I, 38.: *Ἀμφίπολιν δὲ, τὴν ἐν Στρυμόνι, πόλιν Ἑλληνίδα παλαιὰν, ἐκ πολλῶν ἐτῶν κατεσκαμμένην, αὖθις ἐτείχισεν ὁ βασιλεὺς* (Andronicus junior circa annum 1341), *καὶ συνῴκισεν ἐκ τῶν πέριξ πόλεων πέμψας ἀποικίας.*

De via Egnatia, Amphipolin, Philippos Neapolinque intercedente, ita Leakius (Travels in Northern Greece Vol. 3. p. 179): „Although the modern route from Con-

*) Leakius falli videtur. Medio aevo Amphipolis dicebatur *Popolia*, coll. meis Thessalonicensibus p. 498 sq. Locis Nicetae ibi memoratis alium ejusdem addo. Sic igitur scriptor Byzantinus in Alexio, Isaacii Angeli fratre, 1, 4.: *Ἐπῄει κατὰ τῶν περὶ Στρυμόνα τε καὶ Ἀμφίπολιν ἐπαρχιῶν.* Ubi codex B.: *Κατὰ τὸν τόπον τοῦ Στρυμόνος, περὶ τὴν σήμερον λεγομένην Πωπωλίαν.* Cantacuzeni locus a Leakio citatus (I, 53., non I, 35., ut falso habet Britannus) est is: *Ἤλαυνεν ἐπὶ Θεσσαλονίκην διὰ Στρυμόνος. Καὶ διαβὰς τὸν ποταμὸν κατὰ τὸ Μαρμάριον προσαγορευόμενον, μικρὸν* (non *Μικρὸν*, ut falso habet editio Bonnensis; nondum enim legi de Marmario maiori et minori) *ἐκέλευσε τὴν στρατιὰν τυχεῖν ἀναπαύλης, καταβάντας ἀπὸ τῶν ἵππων.* Oppidum vero **Marmara** in dextro litore lacus **Cercinae** Belonius collocat, non juxta Strymonem, et quidem supra (Observat. cap. 55). Ergo Byzantinus imperator Strymonem supra Cercinem (Takinos) superavit, ibique Marmara hodie occurrit (Lapie, fol. VIII).

stantinople to Orfaná and Saloníki, leading by Právista through the Pieric valley, along the southern side of Mount Pangaeum, exactly in the line of that of Xerxes, is the most direct, it does not coincide with the Roman road, or via Egnatia, which passed along the opposite base of that mountain through Philippi and Amphipolis, probably for the sake of comprehending in the line both those important cities, the former of which was a Roman colony. Were it not certain from the Itineraries that such was the direction of the Roman road, there might be some doubt whether Neapolis, which lay on that route about 12 M. P. short of Philippi, were not at Nesteröpoli; but as there would have been in that case a needless detour of near 20 miles by an angle to the north-east, such a supposition cannot be intertained."

Do his deinceps videbo.

MUTATIO DOMERUS M. VII. Inter Amphipolin et Philippos situm habet. A *Demeritza* Byzantinorum (Nicetas in Isaacio Angelo I, 2.) non differre putat Schaffarikius in Annal. Vindobon. Vol. 46. p. 56. Moneo tamen, Nicetam ex ed. Hieronymi Wolfii p. 390 hanc vocem aliter legere, sc. litera τ ante ρ (*ἦν δὲ οὗτος ὁ τοῦ Δημητρίζη λεγόμενος τόπος*, i. e. *erat is Demetrizae locus*). Editio Veneta caret litera τ; Bekkeriana vero (p. 469) habet hanc literam. In hoc campo Normanni septimo Novembris die a. 1185 ad internecionem usque a Graecis victi sunt, coll. Niceta l. c. Graecum vocabulum *Demeriza* (*Demetriza*) sive ab itinerarii voce *Domeros* distingues, sive non, Amphipoli multo propior locus fuit, quam Philippis, coll. Niceta l. c.

De hac mutatione, quam solus Hierosolymitanus habet, v. quoque Nostra Thessalonicensia p. 497. Adde Asherum ad Beniaminem Tudelitanum Vol. II. p. 42.

MUTATIO AD DUODECIM (l. *Duodecimum*). De hac Hierosolymitani mutatione ego cum Petro Wesselingio alibi nil inveni. Utramque stationem (Domerum et Mutationem ad XII) in valle fluvii Panacis, quem deinceps illustrabo, locandam puto, non in valle Angitae.

PHILIPPI M. P. XXXIII (etc.). De situ urbis videatur Appianus b. civ. 4, 105: *Ἔστι δὲ ἡ πόλις ἐπὶ λόφου περικρήμνου, τοσαύτη τὸ μέγεθος, ὅσον ἐστὶ τοῦ λόφου τὸ εὖρος. Ἔχει δὲ πρὸς μὲν ἄρκτῳ δρυμοὺς, δι' ὧν ὁ Ῥασκούπολις ἤγαγε τοὺς ἀμφὶ τὸν Βροῦτον· πρὸς δὲ τῇ μεσημβρίᾳ ἕλος ἐστὶ, καὶ θάλασσα μετ' αὐτό· κατὰ δὲ τὴν ἕω τὰ στενὰ τῶν Σαπαίων καὶ Κορπίλων· ἐκ δὲ τῆς δύσεως πεδίον μέχρι Μουρκίνου* (l. *Μυρκίνου*) *τε καὶ Δραβίσκου* (l. *Δραβήσκου*) *καὶ Στρυμόνος.**)

*) Myrcini Drabescique situs his verbis satis clare significatur. Priorem locum in valle Angitae quaero, qui in lacum Cercinem se exonerat; Drabescus vero inter Myrcinum Amphipolinque sedem habere debuit. Et mirum sane, quod Drabesci nomen servatum videtur in nomine pagi *Dravik*, unius leucae vel amplius spatio versus orientem boreamque a ruinis Amphipoleos remoti. V. tabulam geograph. Lapiei fol. VIII.

Huic Appiani loco innituntur geographi recentiores in sede Philipporum ruinis assignanda, quam in orientali (et septentrionali) memoratae planitiei latere quaerunt (Beaujour, Voy. milit. Vol. I. p. 223. Cousinéry Voy. Vol. II. p. 16 sqq.). Paulo aliter Dio Cassius 47, 35., qui urbem in planitie (ἐπὶ τῷ πεδίῳ) sitam fuisse tradit, deinde locum quendam *Κρηνίδας* (Fontes), cui Philippos a Philippo rege impositos vulgo ferunt, ibidem distinguit. *) Utut statues de sede Philipporum (ruinis omnia paludis latera insignia sunt, non solum boreale atque orientale), alia restat quaestio de via Egnatia, Philippos, hinc Neapolin ducente, coll. Leakio, supra citato pag. 9 sq. Et vide Nos pag. 12.

Tabulae enim geographicae recentiorum viam monstrant, qua, qui Amphipoli egreditur, in sinistra Angitae (Andschistae) fluvii ripa per terram satis editam urbem Anghistam venit; deinde, fluvio illo *non* transito, per *portas* quasdam (les portes), postea per *arcem* quandam destructam proficiscitur, in cujus vicinia locus est *Palaeochori* (oppidum antiquum s. desertum), orae paludis meridionali proximus; hinc urbem Prahustam, initio vallis sitam, assequitur; denique (aliâ viâ) in ora paludis orientali et meridionali, itinere paene septentrionali, ruinas Philipporum, quas volunt, adit. Num per hanc regionem viam Egnatiam munitam fuisse putabis? An, fluvio Angita prope oppidum Anghistam superato, per planitiem, urbibus Alistrati Dramaeque conterminam, i. e. in ora Angitae Zygactaeque fluviorum boreali, Philippos adiit? Decernant homines docti, qui istam quandoque regionem campumque pugnae Philippensis, duce

*) Crenidas a Philippo Macedone in Philipporum nomen mutatas fuisse, veteres quidam tradunt. Videatur Artemidorus Stephani Byz. s. v. *Φίλιπποι· Φίλιπποι, πόλις Μακεδονίας, οἱ πρότερον Κρηνίδες. Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα· „καὶ πόλις Φίλιπποι, τὸ παλαιὸν Κρηνίδες. Τοῖς δὲ Κρηνίταις, πολεμουμένοις ὑπὸ Θρᾳκῶν, βοηθήσας ὁ Φίλιππος Φιλίππους ὠνόμασεν.“* Diodorus Sic. 16, 3.: *Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Θάσιοι μὲν ᾤκισαν τὰς ὀνομαζομένας Κρηνίδας, ἃς ὕστερον ὁ βασιλεὺς* (Philippus) *ἀφ᾽ ἑαυτοῦ ὀνομάσας Φιλίππους ἐπλήρωσεν οἰκητόρων.* Idem ibidem cap. 8.: *Μετὰ δὲ ταῦτα παρελθὼν ἐπὶ πόλιν Κρηνίδας, ταύτην μὲν ἐπαυξήσας οἰκητόρων πλήθει μετωνόμασε Φιλίππους.* Strabo libro VII, 17.: *Ἐν ταῖς Κρηνίσιν, ὅπου νῦν οἱ Φίλιπποι πόλις ἵδρυται.* Ibid. 20.: *Ἡ νῦν Φίλιπποι πόλις Κρηνίδες ἐκαλοῦντο τὸ παλαιόν.* Aliter Cassius l. c., diuque ante eum Theophrastus caus. plant. 5, 14, 5. 6. ed. Schneider., ubi Philippi et Crenides clare distinguuntur his verbis: *Ἔν τε Φιλίπποις πρότερον μὲν μᾶλλον ἐξεπήγνυντο* (antea magis gelabat)*· νῦν δ᾽, ἐπεὶ καταποθεὶς ἐξήρανται τὸ πλεῖστον, ἥ τε χώρα πᾶσα κάτεργος γέγονεν, ἧττον πολύ. Καίτοι λεπτότερος ὁ ἀὴρ δι᾽ ἄμφω, καὶ διὰ τὸ ἀπεξηράνθαι τὸ ὕδωρ, καὶ διὰ τὸ κατειργάσθαι τὴν χώραν. Ἡ γὰρ ἀργὸς ψυχροτέρα, καὶ παχύτερον ἔχει τὸν ἀέρα, διὰ τὸ ὑλώδης εἶναι, καὶ μήτε τὸν ἥλιον ὁμοίως διϊκνεῖσθαι, μήτε τὰ πνεύματα διαπνεῖν· ἅμα δὲ καὶ αὐτὴν ἔχειν ὑδάτων συῤῥοὰς καὶ συστάσεις πλείους. Ὃ καὶ περὶ τὰς Κρηνίδας ἦν, τῶν Θρᾳκῶν κατοικούντων· ἅπαν γὰρ τὸ πεδίον δένδρων πλῆρες ἦν καὶ ὑδάτων.*

Appiano (inprimis c. 106., ob transitum inter colles et paludem fluviumque Angitem) et Dione Cassio lustrabunt, haud neglecto alio scriptore, rerum geographicarum sedulo doctoque investigatore, qui istarum terrarum plurima ipse adiit. Est is Cantacuzenus histor. 4, 45 (ad annum Christi 1355): *'Επὶ τινος γὰρ ὑπωρείας τῆς Φιλιππησίων πόλεως κειμένης, τὸ μὲν ὑπὲρ τὴν πόλιν ἄβατόν ἐστι διὰ σκληρότητα, φάραγξι βαθείαις καὶ κρημνοῖς καὶ πέτραις περιειλημμένον· τὸ δ' ὑπὸ τὴν πόλιν, λεῖον ὄν, τέναγός ἐστι καὶ τέλμα βαθὺ ἑλῶδες καὶ ὕδασι πολλοῖς κατάῤῥυτον. Στενὴ δέ τις δίοδός ἐστι μεταξὺ τῆς πόλεως καὶ τοῦ τενάγους.* Horum alia cum Appiano, alia cum Dione concordare satis apparet, obiterque moneo, Bruti Cassiique castra ad Angistam oppidum quaerenda esse, coll. App. l. c. cap. 106. Urbem Philippos a. Chr. 1355. superstitem fuisse, idem Cantacuzeni locus docet; quando eversa fuerit, me latet. Metropolitas ejus (fuit thronus XL secundum Novellam Leonis p. 98. ed. Leunclav.) enarrat Mich. Lequienius in Oriente christ. Vol. II. p. 67. De tota regione illa cfr. Cousin. Voy. Vol. II. p. 16 sq.

FONS CO. Sic tabula Peutingeriana: reliqui eam s. mansionem s. mutationem omittunt. Verba corrupta esse patet. Locus puto fluvii cuiusdam Thracici fons fuit, velut in Istria locum habemus nomine *Fons Timavi* (Itinerar. ed. Wesseling. p. 270. 273.). De nostro loco sic Catancsichius ad Tabulam Peutingerianam Vol. I. p. 714.: „*Fons Cō.* Aedicula instar fani. Velserus *Fons Con.* Appianus (l. c.), ubi Crenidas et Daton memoravit, *κρῆναι γάρ εἰσι περὶ τῷ λόφῳ*, ait, in quo Philippi sunt. Addit, ab occasu urbis esse planitiem CCCL stadiorum, amoenam et fertilem, ubi Proserpinam dicant raptam. Ibi fanum forsan ei dicatum erat, nisi Divae Augustae s. Iuliae, cuius epigraphae meminerunt, malis. Proximum urbi fontem fuisse, ex eo colliges, quod numerus non additur; quanquam id et vitio scribarum accidere potuit.“ Ultima caute Hungarus. Namque milliarium numeri raro absunt a Tabula Peutingeriana. Verum in reliquis quid idem voluerit, me nondum assecutum esse confiteor. Anne forma *Fons Co* idem illi visa est, quod *Fons Co[rae]*, i. e. *Κόρης*, Liberae, Proserpinae? Quanquam hoc vix ego crediderim. Graece enim parum doctus erat bonus Catancsichius; et Latina Graecis ita non miscentur. Nec magis intelligo, quae Idem affert de Diva Augusta s. Iulia. Fontem Basilacii (Vaslak) pulcherrimum, ibidem fere locandum, in Thessalonicensibus exposui p. 501 sq. Thraciae fluvius Cossinites ni alio loco quaerendus videretur, ulcus ego Tabulae Peutingerianae sic sanarem: *Fons Co[ssinitae]*.

NEAPOLIS, quae Christopolis quibusdam esse videtur. Via Egnatia, Amphipoli relicta, recto cursu orientem petit, quo hodierna via ad Prahustam Cavalamque tendit, non septentrionem cum oriente, i. e. per vallem fluvii Angistae, ut Mannerto videtur. Clarkius enim, qui anno 1801 vallem inter Strymonem et Prahustam permeavit, toto isto die rudera viae Romanorum calcavit, et per eandem viam stratam montem conscendit, ut deinde Prahustam veniret. V. Clarkii travels Vol. 4. cap. 12. Praeter

Itinerariorum auctores Neapolin habet Hierocles in Synecdemo pag. 640., siquidem Neapolis ab eo memorata una eademque est cum nostra; post Hieroclem vero Procopius de aedificiis IV, 4 (pag. 279. ed. Bonn.). Neapolin nunc Cavalam dici, Mannertus narrat (Geogr. Vol. VII., p. 209.), incertum, quibus scriptorum veterum locis fretus. Christopolin aevi Byzantini nunc Cavalam quibusdam dici, ego quidem novi, testante expositione nova Andronici imp. (Antiquitt. Cpolit. lib. VIII. pag. 196. ed. Ven.): *Χριστούπολις, ἤτοι* (*sive*) *ἡ Κάβαλλα* (*Cavála*). Quamquam objicies, in Byzantinorum iudicibus episcopalibus vocem *ἤτοι* non semper esse *sive* eo sensu, ut vetus urbis alicujus nomen in recentius mutatum esse significetur. Namque eadem Expositio Andronici imperatoris ibid. p. 195 haec habet: *Τραϊανούπολις, ἤτοι τὸ Διδυμότειχος* (*Traianopolis sive Didymotichus*). Id vero idem est quod: *Traianopolis, cujus thronus transiit in thronum Didymotichi*, coll. eadem Expositione paulo inferius (p. 196): *Διδυμότειχος ἐπισκοπὴ ἦν τῆς Τραϊανουπόλεως, ἐτιμήθη εἰς μητρόπολιν, εἰς θρόνον νδʹ* (44). Verumtamen in Expositione Andronici *ἤτοι* revera idem est quod *sive*, ut hodierna Cavala eadem esse possit cum medii aevi urbe Christopoli, apud Cantacuzenum Gregoramque saepissime memorata.

Christopolin vero a vetustiore Neapoli differre, sequentia monstrare quibusdam videbuntur. Acta SS. Apostolorum 16, 11 sq.: *Ἀναχθέντες οὖν ἀπὸ τῆς Τρωάδος, εὐθυδρομήσαμεν εἰς Σαμοθράκην, τῇ τε ἐπιούσῃ εἰς Νεάπολιν, ἐκεῖθέν τε εἰς Φιλίππους.* Cum his confer Georgium Acropolitam histor. cap. 43.: *Καὶ τέλος φθάνει τὴν Φιλίππου, παραμείψας τὴν Χριστούπολιν* (Nicaenus imperator sec. XIII). Nicephorus Gregoras histor. 13, 1, 1.: *Λήγοντος δʼ ἤδη τοῦ ἔαρος* (a. 1342.), *ἄρας ὁ βασιλεὺς Κανταχουζηνὸς ἐκ τῶν τοῦ Νέστου ποταμοῦ ἐκβολῶν, κἀξ εὐωνύμων ἀφεὶς τοὺς τὰ στενὰ τῆς Χριστουπόλεως παραφυλάττοντας, διὰ τῆς ἄκρας τοῦ ὄρους τὰς οἰκείας διεβίβασε δυνάμεις, μακροτέρᾳ μὲν καὶ ἐπιπόνῳ χρησάμενος τῇ πορείᾳ διὰ τὰς δυσχωρίας τῶν τε πετρῶν καὶ φαράγγων καὶ τῶν ἐκ τῆς λόχμης ἐκείνης δένδρων καὶ ἀκανθῶν. Διεβίβασε δʼ οὖν, καὶ κατεστρατοπέδευσε περί που τὰ ἐπιπήλατα τῶν Φιλίππων, ἔνθα πάλαι Βροῦτος καὶ Κάσσιος ἐπολέμησαν Ὀκταβίῳ Καίσαρι.* Videtur Graecorum imperator ab alia paulo parte Philippos venisse, quam Brutus et Cassius (Appian. b. civ. 4, 104. Dio Cass. 47, 35): hi enim per Harpessi convallem ad Nestum medium venire debebant, dein Dramam ac Philippos. Imperator Byzantinus montes Cavalae vicinos, ni fallor, superavit, ut eodem aevo (a. 1307) Hispani, Graecorum hostes, referente Moncada in libro: *Expedicion de los Catalanes y Aragoneses contra Turcos y Griegos.* Madrid. 1805. cap. 54 (p. 305). Quocum conferendus Nicephorus Gregoras 7, 6, 1. His adde eundem Nicephorum Gregoram 13, 5, 1., qui Graeci imperatoris milites Serbiotas, audito, fauces inter Christopolin Philipposque sitas ab hostibus teneri, per ignaviam retrocessisse narrat (a. 1343). Cantacuzenus hist. 3, 37 (ad ann. 1342): *Αὐτὸς τὴν ἄλλην ἔχων στρατιὰν, τὸ παρὰ τὴν Χριστούπολιν τείχισμα διελθὼν ἐστρατοπέδευσεν ἐν Φιλίπποις.*

Jamque Byzantinorum scriptorum verbis cum Actorum loco comparatis, unus et alter harum literarum intelligens, habita locorum illorum ratione, Divum Lucam et scriptores illos de una eademque urbe loqui putabit, primo Neapoli dicta, dein Christopoli, e qua per viam Egnatiam D. Paulus Philippos adierit. Nec tamen veram rei rationem assecutus videbitur. Vidimus quidem, Christopolin medii aevi nunc Caválam dici. Ubi vero ipse Christopoleos situs quaerendus? Ubi Caválae? Fertur enim hodie duplex Cavala, prior proprie sic dicta, posterior *vetus* (Cousinéry itin. Maced. Vol. II. p. 116 sqq., coll. Ejusd. tab. geogr.), a priori duarum leucarum spatio remota, et quidem ad occidentem meridiemque, mari, ut prior, apposita. Haec autem (vetus) Cavala locum Neapoleos prope isthmum tenet, qui latus meridionale egregii portus Neapolitani efficit, coll. Cousiner. l. c. Jamque hoc loco positam Christopolin putabis? Ego non puto. Namque ex veteris Caválae denominatione quis concludet, Christopolin quondam veteris Caválae (Neapoleos) locum tenuisse, dein transpositam in eum locum, ubi nunc est Cavala proprie sic dicta? Immo Neapoleos incolas Cavalam hodiernam, i. e. Christopolin, transpositos existimo aevo urbis incognito; dein, cum Christopoleos nomen in Cavalam abiisset, veteris Neapoleos reliquias, prope locum Turcicum *Leutere* sitas, veteris Cavalae nomen induisse, coll. Cousin. l. c. p. 124. Quod ut statuam, sequentia maximopere suadent. Ex urbe Philipporum arduo quidem descensu via Egnatia Neapolin ducebat per oppidum hodiernum *Prava* s. *Prahusta* (Beaujour, Voy. militaire Vol. I. p. 230); angustiis tamen et munimentis Neapolin diremtam a Philippis fuisse, nunquam audivi. Ea impedimenta satis magna inter Cavalam proprie dictam Nestumque flumen intercedunt, de quibus praeter alios adeundus Beaujour l. c. p. 230. 231. Deinde portus Neapoleos antiquae in omni Christopoleos historia non occurrit, quod secus foret, si Cavala (Christopolis) locum antiquae Neapolis teneret.

Christopoleos nomen jam Mauritii imperatoris aevo primo occurrere quibusdam videtur, coll. Theophylacto Simocatta hist. I, 7.: *Διὸ* (ob Sclavinorum adventum) *καὶ δεδιὼς βασιλεὺς* (Mauritius imp. a. 586), *τὰ μακρὰ διεφρούρησε τείχη, καὶ τὰς περὶ αὐτὸν τῶν στρατευμάτων πληθεῖς ἀπεξῆγε τῆς πόλεως, ὥσπερ ἀξιολογώτατον ἔρυμα περὶ τὸ ἄστυ αὐτοσχέδιον μηχανώμενος.* Verum is locus ab interpretibus pessime habitus est. Imperator Byzantinus copias ex urbe Constantinopoli eduxit, iisque velut propugnaculo quodam tumultuario urbem tuitus est. Murum Anastasianum non excessit, sed inter hunc Constantinopolinque se tenuit; Commentiolum extra murum Anastasianum Sclavinis obviam misit, qui apud flumen Erginiam (Riginiam s. Erigonem epitomatoris Straboniani lib. VII. fin. §. 23) hostes fudit. His non intellectis, interpretes locum sic latinum fecere: *et circum Christopolin tumultuarie veluti vallum ac tutamentum inprimis eximium molitur.* *) Sed *vallum* fuit ejus exercitus;

*) Bekkeri editio latinam Theophylacti interpretationem (ed. Bonn. p. 46.) intactam reliquit ut alibi.

Christopolinque Graeca non habent. Et quid erit *Christopolis*, si vel Theophylacti codicibus inest? Nil nisi Constantinopolis ipsa, quae ob pietatem, barbaris ethnicisque oppositam, Christi urbs s. christianissima dicitur. Mirum, quod hoc commentum Stritterus repetiit (Memorr. Vol. II. p. 52., in indice historico et geographico p. 59), hanc Christopolin ut urbem peculiarem enumerans, unam eandemque cum vera Christopoli.

Christopoleos nostrae nomen non ante ordinem praesidentiae Leonis Sapientis imp. (a. 886 — 907) invenio. Is igitur index haec habet: *Θρόνος* XL. *Τῷ Φιλίππων Μακεδονίας* (subditi sunt episcopi)· *ὁ Θεωρίου, ὁ Πολυστύλου, ὁ Βελικείας, ὁ Χριστουπόλεως, ὁ Σμολαίνων, ὁ Καισαροπόλεως, ὁ Ἀλεκτρυοπόλεως.* Ex his corrige corruptam Innocentii vocem *Casiropolis.* *) Est revera *Caesaropolis.* In his urbibus Theorii sedem ignoro; Polystylo (Abderae) vicinum fuisse, ex ordine verborum verisimile est. Polystylum (Innocentii editio male *Polistrios*) veteri Abderae respondet, prope sinistrum Nesti litus, ubi is in mare exit, positae, coll. Cantacuz. hist. 3, 37.: *Τὸ νῦν μὲν Πολύστυλον, ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς δὲ χρόνοις Ἄβδηραν ὠνομασμένον, πολίχνιον παράλιον ὄν.* Nicephorus Gregoras 12, 16, 3.: *Τὸ φρούριον, ὃ Πολύστυλον ὀνομαζόμενον πάλαι πρὸς θάλατταν, νῦν αὐτὸς ἐξ οἰκείας δαπάνης συνεστήσατο παρὰ τὰς τοῦ Νέστου ἐκβολάς.* Cum Cantacuzeno facit quoque Index urbium, quae nomen ultimo mutarunt (ad calcem Codini de officiis aulae Byzantinae p. 495. ed. Paris., p. 348. ed. Ven.): *Αὔδειρα* (l. *Ἄβδηρα*), *τὸ νῦν Πολύστυλον.* Polystyli primam mentionem invenio in Actis Concilii noni (Photiani) a. 879., ubi subscripsit episcopus Polystyli (Mansi Concil. Vol. XVII. p. 375). Beliceam eandem esse puto cum urbe *La Blache* Ville-Harduini (ap. Buchon. p. 111 sq.). *Smolaena* Nicetas quoque in Alexio Comneno 3, 2. memorat; cum Moglenis Macedoniae, Edessae vicinis, male confundit Stritterus in Memorr. (ind. geogr. p. 298). Fuere *Smolena* (sic vocem scribit Nicetas ex editione vulgari, neque aliter Ephraemius v. 6602. p. 269. ed. Bonn.; sed codex Nicetae Augustanus habet *Smolaena*) singularis ditio (*θέμα*), referente Niceta l. c. Eius sedem codex Nicetae Augustanus illustrat, ibidem addens: *Καὶ τὰ περὶ τὸν Πάνακα ποταμὸν πλησιάζοντα χωρία* (et loca circa fluvium Panacem), quae manifesto addita videntur ad significandum Smolenorum locum. Is *Panax* sonum habet a Graecitate pa-

*) Innocentius III epist. 15, 56 (Ed. Baluz. Vol. II. p. 621): *Wilhelmo, Philippensi archiepiscopo ... Philippensis ecclesia .. metropolin Philippensem .. casale, quod dicitur Candaka .. et vineas, quas habet apud Chrysopolim; casale, quod dicitur Stravo; casale, quod dicitur Pravicaresta .. domus, quae dicitur Platon; casale, quod dicitur Caresta; ... ecclesias, quas habet in castro Christopoli; episcopatus quoque inferius annotandos ecclesiae Tuae metropolitico jure subjectos Tibi Tuisque successoribus .. confirmamus, videlicet Eleutheropolim* (l. *Anactoropolim*), *Casiropolim* (l. *Caesaropolim*), *Polistrios* (l. *Polystylum*), *Vilikios* (l. *Velikj s. Beliceam*), *Morenos* (l. *Smolenos*).

rum abludentem, ejusque nomen iterum deprehendo in Actis S. Germani, abbatis in Cosinitra, ad 12. Mai. cap. 12. (Acta Sanctorum ad mensem Maium Vol. III.): *Urbe Christopolitana excedit .. ac Philippos praeteriens, ad montem quemdam devenit, ex adverso quidem Popoline* (*Ποπολίας*) .. *ad Panacis ostia* *) *constitutum, et stadiis plus quam quinquaginta ab oppido quodam distantem, cui Drama nomen* .. *Antrum* (in eo monte) *a natura apte effformatum* (in quo sc. S. Germanus aedem S. Mariae condidit). Ibidem alius mons notatur, *Maticia*, aditu difficillimus, ibidemque pagus, incolarum sermone *Tzernista*. In his *Popolia* idem est quod *Amphipolis*; id quod supra ostendi. Panacis igitur ostia fluvium rivumve aliquem spectant, Amphipoli et Strymoni ab oriente vicinum, fortasse eum rivum, qui prope pagum *Orfano* in mare exit inter locos *Macala* et *Karea*, coll. tabula Cousinerii Macedonica. Reliqua Actorum nomina (*Maticia* et *Tzernista*) nondum exputavi. Graeca horum Actorum vide in Appendice ejusdem voluminis. Assignatur sancto huic Germano seculum 9., coll. Editoribus p. 161. Quando ejus vita scripta sit, non liquet. Triballorum pro Serbis ibi occurrens mentio aetatem seriorem mihi quoque redolet. Attende quoque ad illa stadia inter montem et Dramam intercedentia. Non memorantur Philippi propiores, sed Drama, aliquanto remotior. Quod non secus apud Nicetam, qui, ubi Philippos afferre poterat, Dramam affert (Isaac. Ang. 3, 2), Philipporum nomine omnino abstinens in toto opere: scilicet Philippi tum vix extitisse videntur. Ceterum Smolaena secundum antecedentia in pago Orphano deprehendere mihi videor, qui parum remotus est a mari. *Caesaropolis* (pro quo Innocentii textus male *Casiropolis*) eadem esse videtur cum Caesaropoli Actorum Synodi nonae s. Photianae (ann. 879), coll. Mansi concil. Vol. XVII. p. 377.; quamquam ejus locum nondum inveni. Situm puto inter Christopolin et Orphanum habuit. Alectryopolin, formam admodum suspectam, ex Anactoropoli, veterum Eïone, corruptam puto, coll. Cantacuzeno 4, 17.: *Ὁδοῦ δὲ πάρεργον καὶ τῆς Ἠϊόνος, πόλεως παραλίου κατὰ τὴν Θρᾴκην, ἣ νῦν Ἀνακτορόπολις καλεῖται, τῶν τειχῶν ἀπεπειρᾶτο, ἧς ἦρχεν Ἀλέξιός τις ... ὃς .: οὐ τὴν Ἠϊόνα μόνον δὴ ταύτην ἑαυτῷ περιεποίησε κρατήσας, ἀλλὰ καὶ Χριστούπολιν ἐκάκου .. καὶ Θασίοις καὶ Λημνίοις λυπηρὸς ἦν .. Δι' ἃ ὁ βασιλεὺς καταπλέων ἐπέθετο τῇ Ἠϊόνι .. Βασιλεὺς δὲ .. ἐχώρει τὴν εἰς Θεσσαλονίκην ἐκ τῆς Ἠϊόνος ἄρας, καὶ τὴν νύκτα ἐκείνην ὡρμίσατο ἐπ' ἀγκυρῶν Ἀμφιπόλεως ἐγγὺς κ. τ. λ.* Aliis magis placebit forma Innocentii *Eleutheropolis*. In fine noto, Eïonem ad sinistram Strymonis oram supra mare collocatam fuisse, coll. Kutzenio l. c. p. 9 sqq. Nominis mutatio in Anactoropolin difficilis intellectu videtur. Anne Castor et Pollux (*Ἄνακες* s. *Ἄνακτες*), Samothracum daemones, ibi colebantur? His autem sacris Philippus I Macedo initiatus fuerat cum Olympiade conjuge (Plutarchus in Alexandro cap. 2).

---

*) Situm fluvii definit Cantacuzeni contextus 4, 45.: *Ἐστρατοπέδευσεν ἐπὶ Πάνακα τὸν ποταμόν.* De Angistae valle nemo cogitabit.

Recurro ad Christopolin s. Caválam. Ea urbs saxo praerupto, quod in mare prominet, imposita est (Beaujour l. c. Vol. I. pag. 230.); castellum dicit Ville-Harduinus l. c. p. 111. ed. Buchon. Portum non habet (tab. geogr. Cousin.). Situs autem loci is est, ut portarum instar sit, quibus Macedonia et Thracia dirimuntur. Habet enim Cavála a parte orientali, quae ad flumen Nestum vergit, plures convalles asperrimas, medio aevo muris castellisque clausas, de quorum reliquiis v. Felicem Beaujour in Voy. milit. Vol. I. p. 230. 231. Ea munimenta si non primus fecit, tamen valde auxit Graecorum imperator initio sec. XIV., coll. Nicephoro Gregora hist. 7, 6, 4. Moncada l. c. cap. 60. p. 333. Totus ille tractus, per quem ab urbe Cavala (Christopoli) via Egnatia ad Nestum ducit, in libris scriptorum Byzantinorum *Angustiae Christopolitanae* (τὰ στενὰ τῆς Χριστουπόλεως) dici solet. Male huic tractui quidam tribuunt Thracum Pieriorum castella, Phagren et Pergamum (Herodot. 7, 112.). Ea enim (τείχη dicit Herodotus) inter Neapolin Amphipolinque quaerenda esse, Herodoti contextus docet, collato Scylace cap. 68.: Ἀμφίπολις, Φάγρης (pergit Scylax ab occidente versus orientem). Quatenus portae Sapaeorum cum faucibus Christopolitanis conveniant, ocularis locorum cognitio monstrabit. V. tamen sqq.

ACONTISMA. Abest a Neapoli secundum itineraria M. P. IX. vel XVIII, itinere sec. orientali.. Puto ab hoc loco omnino non differre Christopolin (Cavalam) ejusque regionem, quae eodem fere spatio a Cavala vetere (Neapoli) distat. Acontismatis nomen quare loco datum fuerit, me latet. Forsan rupes illa s. promontorium hastae cuspidatae instar (ὡς ἀκόντισμα) in mare procurrit. De hoc s. Thraciae s. Macedoniae angulo videatur Ammianus Marcellinus 27, 4: *Ex angulo orientali Macedonicis jungitur* (Thracia) *collimitiis per artas praecipitesque vias, quae cognominantur Acontisma.* Hunc totum tractum, duarum fere leucarum longitudine, cum faucibus Sapaeorum (Christopolitanis) eundem esse persuasum habeo, non Mannerti quidem rationibus obsequens, qui ex Appiano (bell. civ. 4, 106) concludit, inter Neapolin faucesque Sapaeorum LXX stadia intercessisse. Dicere decebat *inter Neapolin et initium orientale faucium Sapaeorum.* Sunt enim LXX stadia idem, quod leucae tres cum dimidia. E Neapoli vero ad locum Acontisma, initium faucium *occidentale,* est via M. P. IX. Dein Appianum non inspexisse videtur Mannertus. Graecus scriptor de LXX stadiis loquitur, *quae intercedebant inter Bruti Cassiique castra Philippensia et Neapolin, non de spatio inter Acontisma (fauces Sapaeorum) et Neapolin.* Alius tamen Appiani locus (b. civ. 4, 104) meam sententiam de faucibus Sapaeorum, post Symbolum, quod dicunt, venientibus, confirmat. Ibi narratur, Norbanum, qui stabat e partibus Octaviani atque Antonii, cum Brutum Cassiumque, ad fauces Sapaeorum (in maris litore *prope Thasum,* coll. Plut. Brut. cap. 35) adventantes, alio deflexisse Philipposque venisse audisset, *Amphipolin* cum copiis suis aufugisse, non memorato Symbolo (i. e. montibus inter Neapolin et Philippos sitis),

quod habet Plutarchus Brut. cap. 38. Scilicet fugit Amphipolim via brevissima (per hodiernam puto Prahustam), non per Philippos, inter quos et Neapolin Symbolum; hinc apud Appianum id ipsum recte omittitur.

Brutus et Cassius quam viam elegerint, ut faucibus Sapaeorum evitatis Philippos venirent, id paucis (ni fallor) curatum quaesitumque doleo. Referente Appiano (l. c. cap. 103. 104) itinere septentrionali per quatriduum ad Harpessum fluvium proficiscebantur, qui Hebro immittitur, via valde impedita, silvosa, siticulosa; postero die Philippos venerunt. Ille fluvius ab Arda hodierna differre vix potest; neque praetermittendum, a Philippis et Drama urbibus viam, forsan veterem, nunc esse ad Hebrum superiorem et Philippopolin, quae via Ardam sequitur, coll. tab. geogr. Lapie. fol. 8. Quare vero legiones Romanae Nestum fluvium non sequebantur, Philippis Dramaeque hodiernae propinquum? Nam sic quoque fauces Sapaeorum vitabantur, et via quidem commodiore, ubi aquam habebant, quam in altera via incredibili labore secum ferebant. Norbanum puto latere volebant. Quare faucibus Corpilorum (prope Mosynopolin) superatis, cum in regionem hodiernae urbis Comotenorum (quam deinde illustrabo) descendissent, itinere septentrionali atque occidentali Ardae fluvii initia petebant; hinc, superato Nesto flumine, Philippos. Oppones, Nestum non memorari in mirifico Bruti Cassiique itinere. Omittit hoc Appianus non absque consilio atque industria. Confecta enim totius viae parte impeditissima, reliqua ejus omitti poterant. *)

MUTATIO PURDIS M. VIII (a Topiro). Ita solum Hierosolymitanum. Ad eum locum Wesselingius (p. 603.): „Mihi *Purgis* sive *Pyrgis* non displiceret, si *turres* hic fuisse aliunde constaret.“ Optime Batavus conjecit. Forma enim *Pyrgi* alibi in Itinerariis bis occurrit (p. 290. 301. ed. Wessel.). Et *Turres* eadem crebro habent,

*) Agesilai per has regiones iter in transcursu tangam. Ergo vir summus, Asia relicta, cum exercitu suo Thraciam Macedoniamque eadem, qua Xerxes, via peragravit, coll. Xenophonte H. Gr. 4, 2, 8.: *Καὶ Ἀγησίλαος... ἔχων τὸ στράτευμα, ἐπορεύετο τὴν αὐτὴν ὁδὸν, ἥνπερ βασιλεὺς, ὅτε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐστράτευεν.* In eo itinere Amphipolin venit (Xenoph. l. c. 4, 3, 1). Haec paulo plenius Diodorus Siculus narrat 14, 83.: *Ἀγησίλαος δὲ τὴν δύναμιν ἐκ τῆς Ἀσίας διαβιβάσας εἰς τὴν Εὐρώπην, τὸ μὲν πρῶτον Θρᾳκῶν τινων ἀπαντησάντων αὐτῷ μετὰ πολλῆς στρατιᾶς, μάχῃ τε ἐνίκησε, καὶ τοὺς πλείστους τῶν βαρβάρων ἀνεῖλε· μετὰ δὲ ταῦτα διὰ Μακεδονίας τὴν πορείαν ἐποιεῖτο, τὴν αὐτὴν διεξιὼν χώραν, ἣν καὶ Ξέρξης ἐπορεύθη, καθ᾽ ὃν καιρὸν ἐστράτευσεν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας.* Agesilaus ubinam insidias barbarorum passus sit, non dicit Diodorus, certe in angustiis, quarum haud paucae inter Hellespontum et Macedoniam. Putabis, factum illud esse in faucibus Christopolitanis; addit enim scriptor, Agesilaum, victis barbaris, per Macedoniam iter continuasse. Manlius tamen, eodem, quo Xerxes et Agesilaus, itinere cum legionibus suis utens, initio viae, in Cypselorum saltu, antequam ad Hebrum veniret, Thracas hostes obvios habuit (Liv. 38, 40. 41.); iterum in Tempyrorum faucibus (Liv. l. c.).

coll. indice Wesselingiano sub vv. *ad Turrem, ad Turres, Turres, Turribus, Turris.* Ergo faucium Christopolitanarum (in his ipsis versamur) statio quaedam potior, Acontismati ab oriente vicina, significatur, nomine Graeco *Pyrgi* (*Turres*). Hierosolymitanus ibi addit: *Finis Rhodopeae et Thraciae.* Recte. Nam ad Topirum civitatem accedimus, quae erat in fine meridionali et occidentali Rhodopeae provinciae, fortasse ipso nostro loco posita. Procop. aedif. 4, 11. (Opp. ed. Bonn. Vol. III. p. 304.): Ἔστι δέ τις ἐν Ῥοδόπῃ πόλις ἀρχαία, Τόπειρος ὄνομα κ. τ. λ. De his v. Nos paulo inferius. Alium Rhodopes locum, *Toparum*, Procopius ibidem habet p. 305. Et in Illyrico idem (libro 4, 4.) habet castellum Τόπερα. Has formas confer cum forma Macedonica Δόβηρος.

TOPIRUS. Hujus urbis nomen jam sec. V. occurrit in Actis synodalibus. V. Concilium Ephesinum (Mansi Concil. Vol. 6. p. 873.), ubi est subscriptio Episcopi Toperi (Τοπήρου). De ea deinde haec habet (sec. VI.) Hierocles pag. 634. ed. Wessel.: Τόπειρος, νῦν Ῥούσιον. Ultima tamen vix Hieroclis, sec. VI. scriptoris, esse puto, sed librarii recentioris. Repetit vero hanc notitiam Index urbium, quae nomen ultimo mutarunt (ad calcem Codini de officiis aulae Byzantinae p. 404. ed. Paris., p 348. ed. Ven.): Τόπειρος, τὸ νῦν Ῥούσιον (*Topirus, quod nunc Rusium*). Rusii nomen diu post recurrit, sc. in synodo IX s. Photiana, a. 879., ubi subscripsit episcopus Rusii, coll. Mansi Concil. Vol. XVII. p. 373. Sequitur aevum Comnenorum, coll. Anna Comnena lib. VII. p. 200-203. ed. Paris., ubi non semel tantum memoratur. Nesti fluminis litoribus imponi a geographis solet, procul a mari; quod num verum sit, necne, is exputabit, qui sequentia Procopii (de aedific. 4, 11) verba, istum quandoque tractum non sine libris peragrans, rite ponderaverit. Nestum enim ego non admitto, sed alium fluvium rivumve, de quo v. infra. Procopius igitur, ἔστι δέ τις, inquit, ἐν Ῥοδόπῃ πόλις ἀρχαία, Τόπειρος (sic) ὄνομα· ᾗ ποταμοῦ μὲν ῥεῖθρα περιβάλλεται ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον, λόφον δὲ αὐτῇ ἐπανεστηκότα ὀρθὸν εἶχεν. Eodem Procopio teste (de bello Goth. 3, 38) fuit Iustinianeo aevo πρώτη Θρᾳκῶν καὶ παραλίων, dierum vero XII (?) itinere a Constantinopoli remota. Ejus muros, cum a Sclavinis capta esset, Iustinianus imperator altiores fecit (Procop. de aedificiis 4, 11). Ῥωσία (*Rosia*) dici videtur a Nicephoro Callisti (H. E. 14, 39.), Ῥώσιον (*Rosium*) a Nicephoro Chumno orat. adv. Niphonem (Boissonad. Anecdd. Gr. Vol. V. p. 280.): eam tamen a Rusio nostro diversam esse puto, eandemque cum urbe *Ruskiöi*, de qua deinceps agam. Suadet hoc locorum Chumni tenor: *) Περὶ δὲ τῆς Θεσσαλο-

*) Schaffarikius in Annal. Vindobb. Vol. 46. p. 50.: „*Es wurde die Vorsilbe* τὸ (in voce Τόμοι) *für den Artikel angesehen, und nach und nach abgeworfen, wie diess mit andern Städtenamen der Fall ist. So schreiben z. B. Hierocles, die Episkopatlisten und die Byzantiner Pyrus* (?), *Porus, statt Topi.*

νίκης, *Βεῤῥοίας*, *Μαρωνείας*, *Φιλιππουπόλεως*, *Δήμνου*, *Ῥωσίου*, *Σηλυβρίας*, *Δέρκους* . . . *τί καὶ περὶ τούτων ἔχεις εἰπεῖν;* Iamque de Topiro ita praecipit Meletius (geogr. ed. Anthimus Gaza Vol. III. p. 104): *Τοπηρὶς*, *ἥτις καὶ Τοπήριον καὶ Κισσούπολις καὶ κοινῶς Κισσὰν καὶ Ῥουσκιοί.* *) Ubi vero urbs Meletii *Cissan* quaerenda? Duarum leucarum spatio a Nesto flumine, itinere orientali remota, in tabula Franco-Galli Lapie geographica sectione VIII., *Cizza* s. *Tchitza* nuncupata, in fluvii rivive ora, qui veteris Topiri nomen, quod mireris, leni mutatione servasse videtur. Dicitur enim *Sopari*. De numis graecis Topiritarum (*Τοπειρειτῶν*) v. Eckhel. D. V. N. Vol. II. p. 47. Mionnet. Descript. de médaill. antiques Vol. I. ed. I. p. 422. Ramus. catal. numorum Vol. I. p. 111. (*Τοπίρου*). Museum Wiczai s. Hedervar. Vol. I. p. 96. Postremo in Topiri scriptione memorandum videtur, quod Zosimi (1, 43) codices Leunclavianus et Palatinus superioris Macedoniae urbem Doberum scribunt *Τόπηρον*. Alio vero Zosimi loco, sc. 2, 33., habent *Τοπήρου* (l. *Τοπίρου*), pro vulgato *Δοβήρου*. Quanquam *Doberus* nullo tempore provinciae Rhodopeae fuit, sed *Τόπιρος* (*Topirus*).

Spatium, quod inter Cavalam et Cizzam (Acontisma Topirumque) intercedit, a millibus XVII passuum itinerariorum haud multum discrepat: tabula Peutingeriana minorem numerum habet. Urbem vero Meletii Cissam in Cisso Georgii Acropolitae quidam invenient. Is enim histor. cap. 43., *ἐπεὶ γοῦν*, ait, *περὶ τὰ μέρη τῆς Κισσοῦ ὁ βασιλεὺς* (Nicaenus imperator sec. XIII., cui omnia tum inter Hellespontum et Zichnam prope Serras parebant) *ἐγένετο, κἀκεῖσε διημερεύσας, τὴν ἐπαύριον τῆς πορείας εἴχετο.* Audiebat vero in Hebri transitu (*ἐπεφθάκει δὲ περὶ τὸν ποταμὸν, ὃν Εὖρον καλοῦσι*), Bulgarorum regem mortuum esse. Unde tamen contrarium sequitur. Venit enim imperator post Cissum urbem ad Hebrum, *iter ad occidentem faciens*, neque obstat plusquamperfectum *ἐπεφθάκει* pro *ἔφθασε*. Quod ut statuam, alius me Acropolitae locus movet, sc. cap. 30.: *Εἶχε δὲ ὁ βασιλεὺς τὸ τοῦ Κισσοῦ φρούριον, καὶ*

---

rus; so fiel bei Ptolemaeus in dem Flussnamen Τομόσχιος das τὸ aus; so entstand bei Constantinus Porphyrogeneta aus τὸ Λόντο und τὸ Δόκλα das Wort τὸ Λοντοδόκλα." De loco Poros (Pori) inferius agam. In Schaffarikii sententiam deinceps inquiremus.

*) Ultima Meletii falsa esse, Hadschi-Chalfae locus, paulo inferius afferendus, demonstrabit. Urbs *Ῥουσκιοὶ* inter Melana et Hebrum fluvios quaerenda est. Facitque omnino diversitas scribendi, ut *Rosium* a *Rusio* distinguam. Sed fuit aliud quoque Rusium, Adrianopoli vicinum, de quo videndus Nicetas in Balduino Flandro s. urbe capta cap. 13., ubi nomen Rusii bis occurrit. Situm habuit inter Adrianopolin et Apron (*Ἄπρων*), coll. Niceta l. c. Rosii (*Ῥωσίου*) praesulem habemus apud Leunclavium in jure Graeco Romano libro IV. p. 269., ubi agitur de anno 1084., coll. Mich. Lequ. in Oriente Christiano Vol. I. p. 264 sq. Seculo vero XIII vel XIV iterum occurrit Rosii episcopus (Lambec. biblioth. Vindob. ed. Kollar. Vol. 6. p. 62).

μέχρι ποταμοῦ, ὃν Μαρίτζαν ὁ πολὺς μετονομάζει λαός. H. e. *Habuit in sua potestate imperator* (Nicaenus) *Cissum arcem, et quae ad fluvium patent, quem Maritzam* (Hebrum) *mutato nomine vulgus appellat.* Ubi observo, Acropolitam haec atque alia loca enumerare *ab oriente versus occidentem.* Quare fallitur Meletius; quod inde quoque patet, quod ibidem memorat locum *Ruscioï*, de quo v. seqnentia. Quid multa? Meletii urbs Cissan est urbs Turcica *Kechan*, prope qnam oppidum occurrit *Kiescaban* (tab. geogr. Lapiei sect. 9.). De urbe vero Kechan (Keschan) ita Hadschi Chalfa in Rumel. et Bosn. p. 67.: *Keschan, auf dem Wege von Konstantinopel nach Salonik, zwischen Migalgara und Ipsala, eine Gerichtsbarkeit, deren Hauptort Ruskiöi heisst. Man legt den Weg in fünf Tagen zurück. Von hier aus setzt man über die Mariza, und kommt (dann) in einem Tage nach Feredschik.* Denique eodem, quo Hadschi-Chalfa, loco Cissum collocat Cantacuzenus histor. 2, 22.: *Τὸν Ἑλλήσποντον διαβᾶσα στρατιὰ Περσῶν* (Turcarum), *καὶ εἰς δύο διαιρεθεῖσα, οἱ μὲν αὐτῶν περὶ Κισσὸν καὶ Πολύβοτον καὶ Ἀκονίτην, πόλεις Θρᾳκικὰς, ἐπερχόμενοι δῃοῦσιν· ἡ δ' ἐχώρησε* (a. 1301) *πρὸς Ῥαιδεστόν.* Ubi iterum terrae, a sinistro Hebri inferioris litore jacentes, manifesto spectantur.

RUMBODONA M. P. X (a Diomedis Stabulo). Ita solum Hierosolymitanum. Locum ego nondum inveni. Petrus Wesselingius pag. 603. nil tentat, quod voci corruptae ullam medelam afferat.

COSINTO. Sic Antonini Augusti itinerarium pag. 321. Tabula Peutingeriana: *Consinto.* Male. Lege *Cosinite s. Cossinite.* Significatur fluvius, Abderae vicinus, Cossinites, coll. Aeliano H. A. 15, 25.: *Λόγος ἔχει, τοὺς ἵππους τοὺς πίνοντας ἐκ τοῦ Κοσσινίτου ποταμοῦ (ἔστι δὲ οὗτος ἐν Θρᾴκῃ) δεινῶς ἐκθηριοῦσθαι. Ἐκδίδωσι δὲ ὁ ποταμὸς οὗτος εἰς τὴν Ἀβδηριτῶν, καὶ ἀναλίσκεται εἰς τὴν Βιστονικὴν λίμνην. Ἐνταῦθά τοι καὶ τὰ βασίλεια γενέσθαι ποτὲ Διομήδους τοῦ Θρᾳκὸς, ᾧ καὶ αἱ ἀνήμεραι ἐκεῖναι ἵπποι κτῆμα ἦσαν ὁ Ἡρακλέους ἆθλος.* De hoc loco Aeliani v. inprimis Iacobsium.

STABULO DIOMEDIS. Sic Itinerarium Antonini p. 331 (antea, p. 321., habebat *Cosinto*). Hierosolymitanum p. 603.: MUTATIO AD STABULO DIO (l. *ad Stabula Diomedis*). Num haec mutatio ab antecedenti prorsus differat, decernere nolim. Aqua Cossinitae, equos efferos reddentis, fabulae Diomedeae occasionem praebuisse videtur. *Stabuli* s. *Stabulorum* etc. formae haud infrequentes sunt in Itinerariis. V. indicem Wesselingianum. Ego *Stabula Diomedis* legerim.

Nostram mutationem bene illustrat Pomponius Mela 2, 2, 8. 9.: „. . . Maronia. Regio ulterior Diomedem tulit, immanibus equis mandendos solitum obiectare advenas, et iisdem ab Hercule obiectum. Turris, quam Diomedis vocant, signum fabulae remanet, et urbs, quam soror eius suo nomine nominavit, Abdera.“ Ad quem Melae locum videatur Tzschuckius (III, 2, 133).

MAXIMIANOPOLIS. Eam cum Mosynopoli unam eandemque esse, Du-Cangius ait ad Ville-Harduinum cap. 141., adstipulante Schaffarikio (Annal. Vindob. Vol. 46. pag. 56); qui posterior „innumeris" scriptorum Byzantinorum locis Mosynopolin occurrere refert l. c. Locos veterum quosdam v. apud Du-Cangium l. c., e quibus tamen id, quod suasit vir summus Du-Cangius, nondum evictum puto; quamquam ego ab ejus sententia non dissentio. Quid? quod Wilkenium de situ urbis dubitantem video (Kreuzzüge Vol. V. p. 349. not. 67). Quodsi vero idem Wilkenius Mosynopolin eandem esse putat cum urbe quadam Drusipara, prope Nicopolin ad Nessum (Nestum, Mestum) sita, ejusque opinionis gratia Meletium citat (Geograph. ed. Gaz. Venet. 1807. Vol. III. p. 103), illi ego, qualem viae ducem sibi elegerit, luculenter demonstrabo. Meletius *igitur* l. c.: *Εἶτα Βεργούλη, ἥτις καὶ Βεργοῦλαι, καὶ Ἀρκαδιούπολις κατὰ τὸν Κεδρινὸν* (sic), *κοινῶς Πουργάζι . . . Πανταλία* (sic), *καὶ μετὰ ταύτην Νικόπολις, ἡ περὶ τὸν Νέσον ποταμόν. Δρουσίπαρα πόλις, ποτὲ μὲ θρόνον ἐπισκόπου ὑπὸ τὸν Ἀδριανουπόλεως μητροπολίτην, τὴν ὁποίαν λέγουσι νὰ εἶναι ἡ Μοσχυούπολις, κοινῶς τανῦν Μισυνί. Πλησίον ταύτης, κατὰ τὴν λεωφόρον, εἶναι τὸ Καριστηρὰν, ὅπου εἶναι βασιλικὰ παλάτια. Τύρουλος, ἥτις καὶ Τερλώη, καὶ κοινῶς Τζουρουλούπολις, μὲ θρόνον ἐπισκόπου ὑπὸ τὸν Ἡρακλείας μητροπολίτην . . κεῖται ἡ Τζορλοῦ πρὸς τὸν Βαθανίαν* (l. *Βαθυνίαν*) *ποταμὸν, μεταξὺ τῆς Κωνσταντινουπόλεως καὶ Ἀδριανουπόλεως.* I. e. *Deinde Bergula, quae etiam Bergulae, atque Arcadiopolis secundum Cedrenum* [p. 568. ed. Bonn., ubi tamen *Bergulium*, antequam a Theodosio in *Arcadiopolin* e filii nomine mutaretur], *lingua vulgari Purgazi* (i. e. *Burgas*).. *Pantalia; post hanc Nicopolis prope Nesum* (Nessum, Nestum, Mestum). *Drusipara urbs, quondam cum throno episcopali sub Adrianopolitano metropolita, quam dicunt Moscyopolin esse, lingua vulgari nunc Misyni. Prope ad hanc, in via publica, est Caristeran, ubi palatium imperiale. Turulus, quae etiam Terloa, vulgari lingua Tzurulopolis, cum throno episcopali sub metropolita Heracleae . . . Situm habet Tzorlu* (turcice nunc loquitur Meletius, pro *Turulo* etc.) *ad Bathaniam* (Bathyniam) *fluvium, inter Constantinopolin atque Adrianopolin.* Ergo Nicopolin, ad Nestum sitam, inter Constantinopolin atque Adrianopolin Meletius collocat, somnians scilicet! Addit deinde Drusiparam (Moscyopolin, s. Misiny, ut vult). Bene hoc quidem. Quomodo vero ex hoc Meletii loco Wilkenius concludere poterat, *Mosynopolin nostram* e mente Meletii l. c. Nesto fluvio admovendam esse? Urbis enim Misiny situm optime Nicetas jam definit in Balduino Flandro cap. 8.: *Ἥ τε λαχοῦσα πολιστὴν τὸν* (l. *πόλις κτιστὴν*) *Ἀρκάδιον, καὶ Μεσύνη ἐπὶ τῇδε, καὶ πρὸς αὐτῇ Τζουρουλός.* Neque alium ordinem diu ante Nicetam habet tabula Peutingeriana sect. VIII; item Itinerarium Antonini Aug. p. 323.: *Bergulae. Drusiparo. Tirallo* (l. Zurulo). *) Eodemque fere ordine, si quis Adria-

*) Epiphanii, episcopi Cypri, index episcoporum (Constantinus Porphyrogenitus de cerimoniis aulae Byzantinae 2, 54): *Ἐπαρχίας Εὐρώπης ὁ Δριδηπάρων* (sic). Pro quibus

nopoli egressus Constantinopolin petit, in tabulis geographicis recentiorum, e. g. Francogalli Lapie, sequuntur urbes Burgas (Bergulium s. Arcadiopolis), Misini (Missini), Tzorlu. De hujus Misynes situ cfr. etiam Michaelem Lequienium in Or. Christ. Vol. I. p. 1131. 1132. Addo Ducam (histor. Byz. c. 42), qui Mesenen dicit his verbis: *Πλησίον κώμεως* (l. *κωμοπόλεως*), *Μεσήνης λεγομένης* (a. 1453 mortua est Turcici imperatoris mater in itinere). Notandum vero, jam hoc loco Meletium vel Anthemium Gazam, qui Meletii editionem II procuravit, paulo post (p. 104) Moscyopoleos suae (i. e. Mosynopoleos nostrae) sedem melius definire; quod alio hujus tractationis loco exponemus.

Antequam ad Mosynopolin accedimus, age pauca de Maximianopoli, cujus nomen in Mosynopolin corruptum esse videtur, praelibabimus. Eam, praeter Itineraria, auctorum historicorum primus Ammianus habet histor. 27, 4: *Rhodopa, huic* (Europae, Thracicae provinciae) *annexa, Maximianopolin habet et Maroneam et Aenum.* *) Sequitur Hierocles p. 634. ed. Wessel.: *Ἐπαρχία Ῥοδόπης ὑπὸ ἡγεμόνα. Πόλεις ζ'* (7)· *Αἶνος· Μαξιμιανούπολις· Τραϊανούπολις· Μαρώνεια· Τόπειρος, νῦν Ῥούσιον· Νικόπολις· Κερεόπυργος.* Habentque urbem nostram ante Hieroclem Acta Synodi Chalced. a. 451 (Mansi concil. Vol. 6. p. 945.). Adde Epiphanium, Cypri episcopum, in indice episcopali (Constantinus Porphyrogenitus de cerimoniis aulae Byzantinae 2, 54): *ϑ'; ἐπαρχίας Ῥοδόπης ὁ Μαξιμιανουπόλεως* (*in eparchia Rhodopes est Maximianopoleos archiepiscopus*), sc. independens (s. *αὐτοκέφαλος*). Quodsi vero serus auctor Constantinus Porphyrogenitus cujus aevo alia provinciarum divisio atque alia haud raro urbium nomina erant, Maximianopoleos nomen repetit, antiquitatis hoc studio debetur; quod facit, ut, Hieroclem maximopere secutus, aliarum quoque urbium nomina antiquiora reddat, in quorum locum pridem alia successerant. Constantinus igitur de thematibus II, 1. (p. 21. ed. Paris.): *Ἐπαρχία Ῥοδόπης. Ὑπὸ δὲ αὐτὴν πόλεις ζ'* (VII): *Παρθικόπολις, Ἡράκλεια Στρύμνου, Αἶνος, Μαξιμιανούπολις, Σέῤῥαι, Φίλιπποι, Τραϊανούπολις.* Ultimus scriptorum, antequam nomen ejus, incertum quando, in Mosynopolin abiret, sc. Procopius de aedificiis 4, 11. (is brevi post Hieroclem suum de aedificiis librum composuit), Maximianopolin affert. Eo igitur teste (v. locum

eadem Notitia, ut edita est ad calcem Codini de officiis (p. 339. ed. Paris. p. 292. ed. Ven.) habet ὁ *Δριζιπάρων, ἤτοι Μισήνης* (Driziparorum [Drusiparorum] sive Mesenae episcopus).

*) Prolepsin historicam committunt Acta Sanctae Glyceriae virginis etc. ad 13 Maium (AA. SS. ad mensem April. Vol. 3. p. 189): *Anno primo imp. Antonini* (post Chr. 161).. *multa erat consensio Christianorum* (in persecutione), *qui habitabant in urbe Traianopoli.. Praeses sacrificium in templo apud Maximianopolin offerebat* (i. e. in urbe, quae posthac Maximianopolis dicta fuit). Graeca hujus vitae vide in Appendice Voluminis citati p. 12.

ejus infra ad v. *Traianopolis*) Iustinianus imp. nostram urbem, praeter Aenum, Trajanopolin, Anastasiopolin Toperumque instauravit.

In Mosynopoleos ventilatione quid inter Du Cangium ac Nos discriminis intercedat, optime apparebit, si auctoribus, quibus Du Cangius usus est, praemissis, omnem loci difficilis tractationem ab integro instituerimus. Du Cangius igitur (ad Ville-Harduinum cap. 141., qui auctor haud raro eam affert nomine *Messinople*) Novellam Leonis Sapientis imp. de thronis citat, Cedrenum, Annam Comnenam, Nicetam, provinciale Romanum, Ortelium. Auctorum verba non affert, atque unam eandemque esse cum Maximianopoli simpliciter suspicatur, opinionis suae argumentis non expositis. Diligentius in eam rem Wilkenius inquisivit (Kreuzz. Vol. V. p. 349.): a quo tamen quare dissentiendum putem, supra exposui, alia additurus in fine totius disceptationis.

Age vero *Mosynopoleos* historiam e multorum seculorum tenebris revocabimus.

1. *Antiquissima ejus mentio.* Eam non ante annum 879 invenio. In Actis igitur nonae s. Photianae synodi subscripsit Paulus, episcopus Mosynopoleos (*Παῦλος ὁ Μοσυνουπόλεως*). Videatur Mansi in SS. conciliorum nova collect. Vol. XVII. p. 375. 376. Ejusdem plane aevi est Leonis Sapientis imp. Novella de thronis s. ordo praesidentiae cett. Ibi *Misinopolis* (sic) dicitur urbs nostra. Videatur Leunclavii Jus Gr. Rom. Tom. I. p. 98.): XXXVIII: *Τῷ Τραϊανουπόλεως Ῥοδόπης* (subditi sunt) *ὁ Διδυμοτείχου, ὁ Μάκρης, ὁ Μισινουπόλεως, ὁ Ἀναστασιουπόλεως, ὁ Πόρων, ὁ Ξανθείας, ὁ Περιθεωρίου, ὁ Θεοδωρίου.*

2. *Basilii jun. imperium.* Centesimo ferme anno post Actorum ecclesiasticorum mentionem Mosynopolis in civili demum historia Byzantinorum emergit. Cedrenus ed. Bonn. T. II. p. 452.: *Ἐποιήσατο δὲ καὶ εἰςβολὴν ἐν Βουλγαρίᾳ διὰ Φιλιππουπόλεως ὁ βασιλεὺς* (Basilius Bulgaroctonus a. 977—1026) . . *καὶ πολλὰ ἐν Τριαδίτζῃ φρουρίων καταστρεψάμενος ἐπανῆλθεν εἰς Μοσυνούπολιν.* Eadem iisdem ferme verbis repetit Zonaras 17, 8. (p. 224. ed. Paris.). Factum hoc, teste Cedreno l. c., anno Chr. 999. Idem Cedrenus l. c. p. 460.: (Capta Melenico urbe 8 Octobr. 1014) *μετέβη ὁ βασιλεὺς* (idem Basilius) *πρὸς Μοσυνούπολιν· ἐν ᾗ διάγοντι τούτῳ καὶ ὁ τοῦ Σαμουὴλ ἀγγέλλεται θάνατος κατὰ τὴν κδ´* (28) *τοῦ Ὀκτωβρίου μηνός. Καὶ εὐθὺς ὁ βασιλεὺς ἀπάρας ἐκ Μοσυνουπόλεως κάτεισιν εἰς Θεσσαλονίκην, κἀκεῖθεν ἄπεισιν εἰς Πελαγονίαν*, ut ibi, sc. Monasterii s. Bitoliae, rebus novis in Bulgaria instantibus commodius immineret. Idem ibid. p. 463. . . *ἐπανίστρεψεν* (idem imp. a. 1015) *εἰς Πελαγονίαν . . ἀπῆλθεν ἐν Θεσσαλονίκῃ. Κἀκεῖθεν διέβη εἰς Μοσυνούπολιν..* Idem ibidem p. 464.: *Τῷ δὲ ϛφκδ´ ἔτει* (1016) *ἀπάρας τῆς βασιλίδος ὁ βασιλεὺς ἄπεισιν εἰς Τριαδίτζαν, καὶ τὸ φρούριον Πέρνικον περικαθίσας ἐπολιόρκει .., ἄπρακτος ὑπεχώρησε, καὶ εἰς Μοσυνούπολιν ἀπῆλθεν. Ἐν ᾗ τὸν λαὸν διαναπαύσας, ἔαρος* (anni 1017) *ἐπιστάντος ἄρας ἐκ Μοσυ-*

νουπόλεως εἴσεισιν εἰς Βουλγαρίαν, καὶ περικαθίσας φρούριον, τὸ λεγόμενον Λόγγον, εἷλε πολιορκίᾳ. Idem ibid.: *Μηνυθέντος δὲ τῷ βασιλεῖ* (Basilio) *τοῦ θανάτου τοῦ Ἰωάννου* (regis Bulgarorum a. 1018) . . *ἔξεισι* (e Constantinopoli) *παραυτίκα ὁ βασιλεύς.* Deinde Mosynopolin abiit, hinc Serras.

3. *Michaelis Paphlagonis imperium.* Cedrenus l. c. p. 533.: (Alusianus, Bulgarorum dux, post oppugnatam irrito Thessalonicam fugiens a. Chr. 1040.) *ἔρχεται ἐν Μοσυνουπόλει πρὸς τὸν βασιλέα . . αὐτὸς δὲ* (imperator) *ἄρας ἐκ Μοσυνουπόλεως ἄπεισιν ἐν Θεσσαλονίκῃ.*

4. *Alexii I. Comneni imperium* (a. 1081—1118). Anna Comnena lib. VII p. 154. ed. Paris.: *Ἐκεῖνος δὲ τὴν Μοσυνούπολιν καταλαβὼν, αὐτόθι αὐτοῦ που προσίμενεν, ὑποκρινόμενος δι' ἄλλ' ἄττα ἐγκαρτερεῖν, τὸ δέ γε ὅλον τὴν αὐτῶν ἀναμένων ἄφιξιν* (Manichaeorum, quos ad orthodoxam ecclesiam convertere volebat).

5. *Andronici Comneni atque Isaacii Angeli imperium* (a. 1183—1194). Capta a. 1185 urbe Thessalonica, Normannorum Siculorum pars ad eam custodiendam ibidem substitit; alia Serrarum agrum vastavit; tertia, propero agmine ulterius progressa, ad urbem Mosynopolin pervenit, ibidemque pedem aliquantisper fixit, nemine resistente (Nicetas in Andronico Comneno II, 1. 2. Idem in Isaacio Angelo I, 1). Quarta Normannorum pars, classis, Hellespontum ac Propontidem petiit (Nicetas in Andronico Comn. II, 1.). Tandem Graecorum exercitus (jam imperabat Isaacius Angelus mense Septembri anni 1185) de montibus, Mosynopoli imminentibus, *) duce Brana, descendere ausus, exercitum Normannorum (fuit initium mensis Novembris), in regione Mosynopolitana incaute praedantem vagantemque invadit. Normanni opprimuntur, Mosynopolis capitur (Nicetas in Isaacio Angelo I, 2.). Graeci, hac victoria laeti, secundae hostium parti, apud Amphipolin Serrasque moranti tardantique, obviam eunt. Normannos nuntius de clade suorum Mosynopolitana consternat; eos Graeci supervenientes ad Strymonem inferiorem, in campo Demetritzae, ad internecionem caedunt Novembris die VII., anno Chr. 1185. Recuperata deinde Thessalonica (Nicetas in Isaacio Angelo I, 2 sq.).

Finem imperii Isaacii Angeli spectare videtur id, quod de se ipso narrat Nicetas in Isaacio Angelo III, 1.: *Ἐπεὶ δὲ, τῆς Δράμας ἀπάραντες, εἰς Μοσυνόπολιν ἀφικόμεθα, καὶ τῷ Παπυκίῳ προςβαίνειν ἐμέλλομεν, ὡς ἂν τὰ τῶν μοναχῶν τελέσωμεν ἐπ' αὐτῷ* (sc. Alexio, Manuelis imp, filio spurio) *κ. τ. λ.* Idem paulo ante de eodem: *Καὶ τὸν συνίστορα δὲ τούτῳ* (Andronico Comneno, Bryennii Annaeque Comnenae filio) *τῆς βασιλείας λεγόμενον Ἀλέξιον, τὸν τῆς Κομνηνῆς Θεοδώρας υἱὸν, ἀποκει-*

*) De his montibus, Boleri nomine, sic statuo, comprehensis, vide Nos paulo inferius.

ρει εἰς μονάζοντα, ἡμῶν ὑπουργησάντων τῷ ἔργῳ καθ' ἓν τῶν ἐν τῷ Παπυκίῳ σεμνείων. Hunc montem jam Zonaras respicere videtur histor. 18, 26., qui Alexium I Comnenum annis 1115. 1116., Constantinopoli egressum, cum tota familia ad radices montis Papycii (in ejus puto monasterio quodam) hiemasse, dein veris initio Philippopolin venisse tradit, ut cum Manichaeis s. Paulicianis, ibi frequentibus, disputaret. *) De eodem monte videndus (ad annum puto 1200) Nicetas in Alexio, Isaacii fratre, libro 3, 7.: *Ἦν δὲ οὗτος ἡγεμὼν τῶν Τριβαλλῶν· ἀλλ' ὁ μὲν βραχὺν ἐπιμείνας τῇ ἀρχῇ χρόνον, τὸ ὄρος ἄνεισι τὸ Παπύκιον, καὶ βίον ὕπεισι τὸν μοναδικόν* (sc. Stephanus, Neemanis filius, Serborum princeps, cui Alexii Comneni filiam Eudociam Isaacius Angelus imp. desponderat). Eum montem quare Stritterus in Serbia collocet (Memorr. populorum etc. indic. histor. et geograph. p. 287.), non perspicimus. An eam ob causam, quod princeps *Serborum* ibi vestem monasticam induit? Sed fuit Stephanus, Serborum princeps, imperatoris Byzantini per Eudoxiam gener; unde eum post regnum abrogatum s. amissum in lauram aliquam Graecam secessisse quis improbabile inveniet?

6. *Alexii, Isaacii fratris, imperium* (1194—1203). Nicetas in Alexio, Isaacii fratre, libro 3, 2 (ad annum 1199): *Ἀφιστῶν* (Alexius Ibancus s. Iwan Bulgarus) *Ῥωμαίων, ὁπόσα ἐς Μοσυνόπολιν ἐπινένευκε, μέχρι καὶ Ξανθείας αὐτῆς, καὶ πρὸς ὄρος τὸ Πάγγαιον καὶ ἐπ' Ἄβδηρα παρατείνουσιν.*

7. *Latinorum imperium Constantinopolitanum* (1204—1260).

a. *Balduinus.* Mosynopolin fugit Alexius imp. Georgius Acropolita c. 5.: *Ὁ μὲν οὖν Ἀλέξιος ὁ Ἄγγελος .. περὶ τὴν Φιλιππούπολιν ἀφικόμενος, καὶ μὴ πρὸς τῶν οἰκητόρων δεχθεὶς, περὶ τὴν Μοσυνούπολιν ἀφικνεῖται, κἀκεῖσε τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο.* Ville-Harduinus (chronique etc. p. 106. ed. Buchon.): *Et cil empereres Alexis ert à une cité que on apele Messinople, à tot la soe gent, et tenoit encore grante partie de la terre.* Eodem fugit Alexius Ducas Murzuflus, Graecorum post Alexium imperator, coll. Georgio Acropolita l. c. cap. 5. De hujus fuga adi Ville-Harduinum l. c. pag. 107.: *L'empereres Morchuflex .. s'en ala trosque vers Messinople, où l'empereor Alexis ère... Ensi se herberja l'empereres Morchuflex devant Messinople.* Murzuflum Alexius ibi luminibus privavit; ipse deinde Thessalonicam

---

*) Strymonis voce provinciam Strymoniam significat Cinnamus histor. 6, 6.: *Τὴν τρίχα ἐκάρη* (Alexius protostrator, imperante Manuele Comneno), *καὶ ἐς τοὺς μοναχοὺς μεταθέμενος* (l. *μετατιθέμενος*), *ἐπί τι τῶν ὀρεστέρων ἀπήχθη σεμνείων, ἅπερ ἐπὶ Στρυμόνος ἐν ὄρει Παπικίῳ* (sic) *ἵδρυνται πλεῖστα.* Rem ipsam, a Cinnamo relatam, narrat quoque Nicetas in Manuele 4, 6. (p. 187. ed. Bekk.), *Παπύκιον* scribens ut alibi, et quidem neutraliter.

discessit. Murzuflum vero Latini, comprehensum in agro Mosynopolitano, Constantinopoli supplicio affecerunt (Georg. Acropolita l. c. cap. 5., coll. Ville-Hard. l. c. p. 107. 108.).

Mosynopolin eodem tempore adit Balduinus imperator, ex Adrianopoli veniens, ac Thessalonicam proficiscens. Ville-Hardouin. l. c. p. 109. ed. cit.: *Lors fu le consels l'empereor Baudoin, qu'il chevaucheroient droit à Messinople; où l'empereres Alexis ère . . Ensi s'en parti l'empereor Baudoins d'Andrenople; et chevaucha vers Messinople, où il cuida l'empereor Alexis trover . . Et quant ce vit l'empereor Alexis, si vuida Messinople, et s'en fui. Et l'empereres Baudoins chevaucha tant que il vint devant Messinople. Et cil de la vile vont encontre lui, et lui rendent, la vile à son commandement. Et lors dist l'empereor Baudoins, que il se jornerait por attendre Bonifaces, li marchis de Montferrat, qui n'ère mie encor venuz en l'ost, porce que il ne pot mie si tost venir comme l'empereor, que il amenoit avec lui l'empereris sa fame. Et chevaucha tant que il vint vers Messinople sor un flum; et enqui se herberja, et fit tendre ses trez et ses paveillons. Et lendemain ala parler à l'empereor Baudoin . .* De hac Balduini commoratione Mosynopolitana v. quoque Nicetam in Balduino Flandro cap. 1. Obiter noto ad Ville-Harduini locum (*Messinople sor un flum*), Du-Cangii editionem Ville-Harduini pro *un* habere *le*. Quodsi vero Wilkenio (Kreuzz. Vol. V. p. 549. not. 67.) Ville-Harduini fluvius idem esse videtur, qui Melas Herodoti (VII, 58., non VII, 198. 199., ut est apud Wilkenium), vel adeo Nestus, id qua ratione suadeat, ipse viderit. Certe Melas, non in Hebrum influens, sed in sinum Melana, cogitari nunquam poterit, cum is inter Chersonesum Thracicam Hebrumque quaerendus sit (Herod. l. c., coll. Scylace cap. 68. Liv. 38, 40.), i. e. a parte Hebri sinistra; Mosynopolin vero ipse Wilkenius claris verbis a latere Hebri dextro collocat, ad Nesti sc. oram. Neque vero fluvius apud Cypsela urbem fluens (*le flum, qui cort sos la Capesale,* ut est apud Ville-Harduinum p. 191. ed. Buchon.) Melas esse potest, ut Wilkenio videtur l. c., sed alius.

Balduinus imp., Mosynopoli relicta, Thessalonicam tendit, quo itinere locos cepit *Cristople* (Christopolin), *la Blache* (Beliceam), *la Setre.* Ville-Hardouin pag. 111. ed. Buchon.: *L'empereres Baudoins chevaucha adès droit à Salenike, et vint à un chastel qui ot à nom Cristople, qui ère un des plus fors del monde; et li fut renduz; et li furent féalté cil de la vile. Et après vint à un altre que on apeloit la Blache, qui ère mult fors, et mult riche; et li fut renduz altressi, et li firent féalté. Et d'enqui chevaucha à la Setre, qui ère une cité fort et riche; et vint à son commendement et à sa volenté: et li firent féalté. Et se herberja devant la vile, et i fu par trois jorz; et cil li rendirent la vile, qui ère une des meillors et des plus riches de la chrestienté à cel jor, par tel convent, que il les tendroit as us et as coustumes que li empereres Grieu les avoit tenuz.*

De Christopoli et Belicea supra egimus p. 12—15. Iam de urbe *la Setre* videndum. Ea Du Cangio (ad hunc Ville-Harduini locum), Buchono et Wilkenio est urbs *Κίτρος* (*Citros*, veterum *Pydna*), iis, qui e Constantinopoli veniunt itinere occidentali, ultra Thessalonicam in occidentali litore sinus Thermaici sita, a Thessalonica leucarum X vel XII spatio remota. Hanc ergo, relicta Christopoli et Belicea, Balduinus imperator adiit, antequam Thessalonicam veniret? Quo consilio? Immo Balduinus, dum viveret, Thessalonicam venit, non ultra. Antequam vero Thessalonicam adiret, venit in urbem opulentissimam *la Setre*, denuo sic dictam l. c. p. 115., i. e. *Serras* (*la Serre*, quae scriptio vulgaris inferius apud Ville-Harduinum frequentatur pag. 153—155. 178. 191. 192.). Eam scribendi varietatem non mirabitur, qui Franco-Gallorum istius aevi inconstantiam in repetendis Graecorum nominibus noverit. Serras igitur Balduinus adiit, unius diei dispendio, cum sit per Amphipolin iter Thessalonicense aliquanto brevius. Sed voluit antea urbem illam, cujus magnum semper momentum isto seculo et seqq. fuit, in suam potestatem redigere, antequam Thessalonicam iret, a Serris remotam leucarum fere XVI spatio, fere versus occidentem. Perquam simile imperatoris Nicaeni eodem seculo iter occidentale fuit, cui omnia tum temporis parebant inter Hellespontum et Zichnam, prope Serras sitam. Is igitur (Georgius Acropolita histor. cap. 43), Hebrum flumen perequitans, cum audisset mortem regis Bulgarorum, itinere strenue continuato, per Christopolin Philippos venit, ubi de Serris oppugnandis consilium agitavit, quas deinde cepit. Praeter Thessalonicam vero, Berroeam et Serras nullam Macedoniae urbem opum laudo tum floruisse audivi, certe non Citrum oppidum (sc. *κωμόπολιν*, i. e. rusticorum sedem).

b. *Henricus imp.* (a. 1205 sqq.). Balduini per Bulgaros cladem et captivitatem Adrianopolitanam (12 Apr. 1205) regno Latinorum gravem fuisse constat. Barbari enim, Balduini victores, quem Ternobae supplicio affecere, Thraciam ab Haemo meridionalem, ac Macedoniam, qua inter Thessalonicam et Heracleam (Erekli) Propontidis patet, immaniter vastarunt, homines in servitutem abegerunt, urbes everterunt, inter quas fuit Mosynopolis. Georgius Acropolita hist. cap. 13.: *Κατέσκαψε* (Bulgarorum et Vlachorum rex Ioannes s. Iwan) *γοῦν ἐκ βάθρων αὐτῶν τὴν Φιλιππούπολιν, θαυμαστὴν ἄγαν οὖσαν, ἥτις παρὰ τῷ Εὕρῳ κεῖται· εἶτα τὰς ἄλλας πάσας πόλεις, τὴν Ἡράκλειαν, τὸ Πάνιον, τὴν Ῥαιδεστὸν, Χαριούπολιν, Τραϊανούπολιν, Μάκρην, Κλαυδιούπολιν, Μοσυνούπολιν, Περιθεώριον καὶ ἄλλας πολλάς.* Idem plane narrat Ephraemius v. 7815. p. 315. ed. Bonn.

Henricus imp. Cypselae (?) cum Bonifacio, Thessalonicensi rege, convenit (a. 1205). Ville-Harduinus l. c. (p. 191. ed. Buchon.): *En cel termine Bonifaces, li marchis de Montferrat, qui ere à la Serre, que il avoit refermée, fu chevauchiez trosque à Messinople, et la terre se rendi à son commandement. Lors prist ses messages; si les envoia à l'empereor Henri, et li manda que il parleroit à lui sor le flum qui*

cort sos la Capesale; et il n'avoient mais en pooir de parler ensemble, tros que la terre fu conquise; que il avoit tant de lor ennemis entre als, que lis uns ne pooient venir as autres. Et quant l'empereor et son conseil oï que li marchis Boniface ère à Messinople, si en furent mult lié; et li manda par ses messages arriers, que il iroit parler à lui al jor que il y avoit mis. Idem ibidem p. 192. *Lors donna li marchis Boniface à Geoffroi de Ville-Harduin, le mareschal de Roménie et de Champaigne, la cité de Messinople à totes ses appartenances, ou celi de la Serre, laquelle que il ameroit mielz: et cil en fu ses hom liges, sauve la fealté l'empereor de Constantinople.* Ibidem: *Li marchis s'en ala à Messinople, et l'empereres Henri vers Constantinople. — Quant li marchis fu a Messinople, ne tarda mie plus de cinq jors, que il fist une chevauchie, par le conseil as Grieu de la terre, en la montaigne de Messinople plus d'une grande jornée loing.*

Henricus imperator Thessalonicam proficiscitur. Continuation de l'histoire de Ville-Hardouin d'apres les mémoires de Henri de Valenciennes pag. 220. (ed. Buchon.): *Toutes voies erra tant li empereres* (Henry) *qu'il vint à Machre et puis à Traïanople, et de là vint à Messinople; et de là fist tant par ses jornées k'il vint a Cristople.*

8. *Theodorus Comnenus,* Epiri despota, regnante Henrico imp. Constantinopolitano, varia Thraciae loca, interque ea Mosynopolin capit. Georgius Acropolita histor. cap. 24.: *Ἐπεὶ γοῦν Μοσυνούπολις καὶ Ξανθεία καὶ ἡ Γρατζιανοῦ αὐτῇ ὑπὸ τούτου ἐτέλει, τὸ τῆς Σταγείρας ὑπερβὰς ὄρος, ὃ δὴ Μάκρην ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί, τὰ ἐκεῖθεν τοῦ Εὔρου κατέδραμεν.* Ephraemius v. 6479. pag. 264. ed. Bonn.: *Τὰς πρὸς Βολερὸν (πόλεις) μέχρις αὐτῆς Ξανθείας.* Idem v. 8088. p. 326.: *Βολερὸν εἷλε καὶ Ξάνθειαν καὶ Σέῤῥας.*

9. *Imperator Constantinopolitanus Io. Palaeologus* (a. 1344). Nicephorus Gregoras hist. 14, 4. 5.: *Ἔδοξε .. τῷ βασιλεῖ Καντακουζηνῷ, περὶ Μοσυνούπολιν, ἐξιόντι Κομοτηνῶν τῆς πολίχνης, πήξασθαι τὸ στρατόπεδον.* Paulo ante (14, 4, 1.) Comotenam dicit et Gratianopolin vicinam: *πόλεις δύο, τήν τε Κομοτηνὴν καὶ τὴν Γρατιανοῦ καλουμένας.* Neutrum urbis Comotenorum genus recurrit infra (14, 4, 7.). Saepius apud Cantacuzenum haec urbs legitur, quam apud Nicephorum Gregoram, et quidem Cumutzenorum nomine, quod Turcicae urbis formae praelusit, coll. sqq. Fuit oppidum mari vicinum (Cantacuz. hist. 2, 28.).

Sed ad Mosynopolin redeo. Eam seculo XIV dudum eversam fuisse, dictamque *Mesenem* (Neograece *Mesini* s. *Misini*), evincit Cantacuzenus hist. 3, 70.: *Βασιλεῖ δὲ τῷ Καντακουζηνῷ, ἐν Κουμουτζηνοῖς τὴν ἐπάνοδον τῆς στρατιᾶς καὶ αὐτῷ ἐκδεχομένῳ, ἐδόκει δεῖν προελθεῖν ἐπὶ μικρὸν, εἴ πως ἐγγένοιτο παρά του τι περὶ τῆς στρατιᾶς πυθέσθαι. Καὶ προῆλθεν ἄχρι πόλεως Μεσήνης παλαιᾶς, ἐκ*

πολλῶν ἐτῶν κατεσκαμμένης. Idem ibidem: *Ὅτι ἐν Μεσήνῃ τὸ νῦν ἔχον διατρίβει*. I. e. Audierat Momitzilas, Cantacuzenum imp. invasurus, *esse eum* (sc. imperatorem) *in praesentia ad Mesenen*. Idem ibidem: *Ἦν γὰρ ὀλίγον, ἐν ᾧ διεῖχε Περιθεώριον Μεσήνης*. Idem ibidem: *Ἐβάδιζεν εὐτάκτως διὰ Μεσήνης τὴν ἄγουσαν εἰς Κουμουτζηνά*. I. e. *Rediit* cum suis *ordinato agmine* (imp. Cantacuzenus) *per Mesenen in via, quae ducit Cumutzena*. Idem ibid.: *Ἐν τοῖς ἐρειπίοις τῆς πόλεως* (Mesenae). Notandum vero hoc loco, ea, quae Cantacuzenus narrat de imperatore, in insidias Momitzilae prope Mesenen urbem illapso, plane eadem esse cum narratione Nicephori Gregorae (14, 4, 5.), supra allata, ubi Mosynopolis sermone puro memoratur, pro vulgari *Mesene* (Mesini), quod proxime accedit ad formam *Misinopolis* in Leonis novella de thronis.

Ultima urbis nostrae memoria occurrit anno 1347. Cantacuzenus lib. 4, 10.: *Τῇ ἐπιούσῃ δὲ ἐν Μεσήνῃ τῇ πόλει συνηνέχθη τὰ στρατόπεδα ἀμφότερα* (Graeci et Turcae), *καὶ γενομένης συμβολῆς, ἐνίκων οἱ Ῥωμαῖοι κατὰ κράτος*. Sermo est de imperatore Graeco, qui ex urbe Adrianopoli Turcis obviam ierat, circa Mosynopolin in angustiis castra habentibus; ubi etiam montis Lipicis mentio injicitur. Hac victoria parta, imperator Didymotichum (ad Hebrum) se contulit (*ἐκ Μεσήνης εἰς Διδυμότειχον*), coll. Cantacuz. l. c.

Post has res gestas Mosynopoleos s. Mesenes nomen apud veteres non inveni.

Habes, erudite lector, Mosynopolitanae historiae capita potiora, immo unica fere puto; ex quibus quomodo urbis momentum situsque illustrari queat, sequens tractatio docebit.

Fuit medio aevo Mosynopolis ea urbs, quam, qui inter Thessalonicam et Constantinopolin iter faciebant, adire solebant, medio fere spatio inter utramque positam. Neque enim, ut nunc fere fit, inter Cumutzina (Gumurdschina) et Raedestum urbes ita proficiscebantur, ut mari Aegaeo propiores essent. Sed post Cumutzina flexu septentrionali atque orientali (v. tabulam geogr. Lapiei fol. 9.) plagam mediterraneam, ubi Mosynopolis, petebant; qua peragrata ad Hebrum pergebant, in cujus vicinia orientali erat viae Egnatiae finis.

Non aliud Mosynopoleos momentum fuit, si terram Hebro superiori medioque adjacentem spectas. Per eam veniebant, qui e Nesti regione profecti Adrianopolin et Philippopolin petebant, et vice versa. Quid? quod via, Mosynopolin Hebrumque intercurrens, pro trivio quodam intermedio habenda videtur, unde vel Adrianopolin vel Constantinopolin tendebant.

Urbis nostrae non leve pondus fuisse videtur in bellis, quae ad Hebrum superiorem vel in Macedonia gerebantur. Eâ enim imperatores ut arce quadam et receptaculo

usos vidimus, unde vel Adrianopolin ac Philippopolin, vel Thessalonicam peterent. Ibidem Normannos a. 1185 substitisse novimus, Constantinopolin petentes; qui si ad Mesynen Tzurulo propinquam substitissent, Hebrum antea trajecissent. Quod ultimum Nicetas tacere non poterat.

Qui Constantinopoli egressi terras occidentales adibant, Cypselam veniebant, deinde Traianopolin; inde longiori per montes, ut videtur, itinere, et quidem per Tempyra, Milolitum Brendicenque itinerariorum, assequebantur Mosynopolin.

In sede Mosynopoleos definienda verum quidem tetigisse Du Cangium puto, sed non alio duce usum, quam Ville-Hardnino: locos enim Graecorum, quorum paginas etc., non verba, Du Cangius attulit, ad quaestionem ventilandam non sufficere, unusquisque harum rerum intelligens sponte videbit. Luculentiorem rem totam fecisset, si ad manus habuisset Continuatorem Ville-Harduini a nobis allatum pag. 29. Hujus enim verba ita intelligenda sunt, ut inter Mosynopolin et Christopolin (Cavalam), quam posteriorem petebat Henricus imp., non unius tantum diei intervallum intercesserit, sed duorum vel aliquanto plus; quo etiam trahendus videtur Nicetas in Isaacio Angelo I, 2., ubi Normanni, apud Amphipolin moram agentes, consternati dicuntur nuntio de clade suorum Mosynopolitana, *tertio ante die* (πρότριτα) illis inflicta.

Hoc ipsum revera intervallum inter utramque urbem, Mosynopolin et Cavalam, intercedit, coll. Paulo Luca (itinerar. ed. 1724. Vol. I. p. 63.), qui, Cavala egressus, leucarumque XVIII spatium emensus, venit ad ruinas magnae urbis, quae Turcarum lingua *Singuenet Tallet* (immo *Czingane Calessi*) dicuntur, i. e. *Zigenorum* (Bohemiorum) *arx*. Itinerarium Antonini Aug. inter Acontisma et Porsulas (Maximianopolin) habet M. P. 53., quod a Pauli Lucao itinere non admodum abludit; Mannertus vero (Geogr. Vol. VII. p. 222.) itinerariis in ea re tribuit M. P. 683., vasto typographorum errore. Alius magnae urbis reliquiae ibi locorum non inveniuntur; unde, si omnia rite ponderaveris, non poteris non ita statuere, ut Maximianopolin veterum, Mosynopolin (Mesini, Messinople) medii aevi, denique ruinas magnae urbis, s. Zigenorum arcem apud Paulum Lucam, unam plane eandemque urbem esse enunties; et vide, ne hodiernum *Basilion*, ibidem locorum in tab. Geogr. Lapiei positum, nostrae Mosynopoli respondeat. Est enim Basilion (βασίλειον) i. q. *urbs regia*, quod nomen a Graecis facile ruinis quibusdam maioribus dabatur, quibus nova habitacula imposuerant. Viam inter Cumutzina et Basilion delineatam v. in tabula geogr. Lapiei. Quamquam in hac Basilii oppidi electione aliquid difficultatis equidem conspicio. Paulus enim Lucas, relictis illis ruderibus, venit ad oppida *Artaqueux*, *Gurgine* et *Feret*, quae non sunt in illa via, quae orientali et septentrionali flexu per Basilion et Milolitum ad rivum Tschernam ducit, supra Trajanopolin Hebro mixtum, sed in illa via vere orientali, quae, relictis a sinistra montibus, duarum fere vel trium leucarum a mari discrimine, infima Hebri petit, in cujus litore dextro viatores, relicta urbe *Feret*, ascendentes,

post duas horas Ipsalam veniunt. V. tabulam geogr. majorem Franco-Galli Lapie (sect. 9.). Minor tamen ejusdem tabula (a. 1833 edita) nostrae opinioni favet, nec vero Livius 38, 41., ubi Romanus exercitus, superatis Tempyris, in Macedoniam venisse dicitur. *) Decernant viri docti, in ista quandoque deserta cum libris venturi. Viam autem antiquam in illis alicubi regionibus vidit Beaujour in Voy. milit. Vol. I. p. 235. Adde Petrum Belonium inferius memorandum.

Fluvii (rivi) nomen, cui appositam Mosynopolin Ville-Harduinus dicit, equidem nescio. Fluvium *Caratsch* (Kará-Su?) ex ista fere regione descendentem habet tabula Lapiei.

Montes quosdam Mosynopoli imminentes supra vidimus p. 25. 30., sc. Papycium et Lipicem.

His jam accedat alius istarum regionum tractus, *Bolerus* (*Volero*). Occurrit solummodo in scriptoribus historiae Byzantinae. Cedrenus p. 709. ed. Paris., p. 461. ed. Bonn. Vol. II.: *Οὓς πάλιν ἐν τῷ Βολερῷ μετοικίσας* .. (Bulgaros, Edessae Macedonicae s. Bodinorum incolas, quorum urbs expugnata fuerat a Graecis). Nicetas in Andronico Comneno 2, 1. secundum codicem Augustanum (ed. Bekker. p. 413): *Τὸ μὲν κρεῖττον καὶ στρατηγικώτερον ἔπεμψεν ἐλθεῖν μέχρι τῆς Μοσυνουπόλεως καὶ τοῦ Βολεροῦ.* Idem ibidem: *Κατὰ τὴν Μοσυνόπολιν.* Ubi codex Augustanus: *Μέχρι Μοσυνοπόλεως καὶ Βολεροῦ.* Idem in Isaacio Angelo 1, 1 secundum codicem Augustanum: *Καὶ μέχρι Ἱπολίας* (i. e. *Ἀμφιπόλεως*) *καὶ Βολεροῦ ἐλθόντων.* Idem ibidem, secundum eundem codicem: *Ὡς δὲ καὶ ὁ Βρανᾶς μετὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατοῦ περὶ τὰ ὄρη καὶ τὰ βουνὰ τοῦ Βολεροῦ ἔφθασεν* (*οὐ γὰρ ἐθάῤῥει τὸν πόλεμον φανερῶς περὶ τὸν κάμπον ποιῆσαι, κατενόησε δὲ καὶ τοὺς Φράγγους οὕτως ἀσυντάκτως ἐξερχομένους*), *δημηγορεῖ καὶ διεγείρει τὸ στράτευμα, ὀλίγον ἀπὸ τῶν βουνῶν ἐπὶ τὸν κάμπον κατελθεῖν, καὶ συμμῖξαι τοῖς βαρβάροις αὐτοῖς.* Ephraemius in Caesaribus v. 5367 (Angeli Maii Nova Collectio Vol. III. Parte II): *Καὶ μέχρι Σεῤῥῶν καὶ Βολεροῦ πεφθάκει.* Idem ibidem v. 5707.: *Εἷλον Βολερὸν, Μοσυνόπολιν πόλιν.* Georgius Acropolita hist. cap. 25.: *Εἶτα Βολερὸν ἅπαν, Σέῤῥαι, Πελαγονία καὶ Πρίλαπος.* Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo (ad annum 1308) 7, 33: *Εἰς τὸ πέραν* (dextrum) *κατήπειγον Μαρίτζης* (prope Aenum), *ἐφ' ᾧπερ ἐκ Βολεροῦ*

*) Duplicem viam claris verbis agnoscit Hadschi-Chalfa in Rumelia et Bosnia p. 69.: *Megri (Makri), jenseits des Ausflusses der Mariza, am Ufer des Meeres, sieben Tagereisen von Konstantinopel, hat eine Moskée und zwey kleine Karavanseraj. Der Weg nach Salonik theilt sich hier in zwey. Der von Wagen befahrene geht durch Megri; der aber für Reiter und Fussgänger geht im Gebirge über Gögerdsinlik und Schapdschilar fort. Dann vereinigen sich wieder beide zu Komuldsina, das eine Tagereise von Megri abliegt.*

σιταρχοῖντο (Hispani, duce Tzime). Intelligis ex his locis Boleri situm. Fuit regio, Maritzae (Hebro) ab occidente contigua, cujus partes Papycium et Lipicem montes fuisse statuo, de quibus v. Nos pag. 25. 30. Alia de Bolero veterum scriptorum loca, rem magis illustrantia, paulo inferius (p. 36.) afferam.

Finem tractationis de Bolero institutae faciam loco Nicephori Bryennii afferendo, quem a Wilkenio (Histor. Comnen. pag. 63. not. 77) non intellectum esse video. Igitur Bryennius histor. 4, 18: Ὁ Κομνηνὸς δὲ διὰ Μακεδονίας καὶ Βουλεροῦ (sic) διελθὼν, τὸν Στρυμόνα καταλαμβάνει. H. e. *Comnenus vero, cum Macedoniam Bulerumque peragrasset, ad Strymonem venit* (contra Basilacium rebellem proficiscens). Ad hunc Bryennii locum ita Wilkenius l. c.: *Quod qua ratione fieri potuerit, non video, quum Macedonia a Romaniae provincia Strymone separetur, nisi per ingentes ambages Thessalonicam proficisci voluerit. Praeterea in voce Βουλεροῦ corruptelam suspicor.* Mihi quoque Βουλεροῦ corruptum videtur, legendumque Βολεροῦ. In reliquis erravit vir celeberrimus. Alexius Comnenus eam terram petebat, quae more aevi medii tum dicebatur *Thessalia* s. *Thessalonica*, i. e. Macedonia veterum. De his v. Nos agentem in Dissertatione geographica de Thessalonica urbe eiusque agro cap. 4. pag. 39 sqq. Unde vero Alexius venit? E Macedonia sensu medii aevi, i. e. e Thracia meridionali atque orientali, et quidem ex Adrianopoli, coll. Bryennio l. c. cap. 17. Macedoniam vero dictam fuisse istam Thraciam, certo consequitur e Constantini Porphyrogeniti loco (in Basilio Macedone cap. 9.), ubi Basilius Macedo e Macedonia Thraciae (ἐκ Μακεδονίας τῆς Θρᾴκης), et quidem ex urbe Adrianopoli, Constantinopolin profectus esse dicitur. Neque aliter Symeon Magister et Logotheta in Basilio Macedone cap. 1.: Ἀπὸ Ἀδριανουπόλεως τῆς Μακεδονίας. V. quoque Georgium Monachum in Leone Armenio cap. 4. Quid? quod jam Stephanus Byz., qui sub Anastasio vixit, Philippopolin (s. v.), quae sita est ad Hebrum superiorem, Macedoniae assignat. His addo alia seriorum scriptorum testimonia. Nicetas in Ioanne Comneno 2.: Μία δ' αὕτη τῶν εὐδαιμόνων καὶ κρατίστων παρὰ Μακεδόσιν πόλεων (Orestias, i. e. Adrianopolis). Idem in Alexio, Isaacii Angeli fratre, 2, 3.: Πᾶσαν τὴν Μακεδονίαν ἐπῆλθον. Quod ita narrat Nicetae codex Augustanus: Πᾶσαν τὴν Θρᾴκην ἐκούρσευον (ubi significatur Thracia Adrianopolitana). Georgius Acropolita histor. c. 40.: Ἐπεὶ δὲ παρῆλθε τὰ τῆς Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας χωρία, ἤδη δὲ καὶ τὴν Χριστούπολιν παρήμειψε καὶ τὸν Στρυμόνα, τῷ φρουρίῳ τῆς Ῥεντίνης προσέσχεν ὑπὸ τινῶν τηρουμένῳ τῶν Ἰωάννου. Ubi *Thracia et Macedonia* nil est nisi *Macedonia Thracica*, s. terrae Hebro adjacentes. Idem ibid. c. 13.: Ὡς γοῦν οἱ Ἰταλοὶ πᾶσαν τὴν τῆς Μακεδονίας χώραν ὑφ' ἑαυτοὺς ἐποιήσαντο. Ubi Macedonia iterum est Thracia, coll. contextu, qui de Bulgarorum incursionibus contra Adrianopolin agit. Idem ibid. cap. 24.: Οἳ καὶ διαπεράσαντες τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ διὰ τῆς Μακεδονίας διελθόντες, εἰς Ἀδριανούπολιν ἀφίκοντο. Idem ibid. cap. 35.: Τὸ τῶν Σκυ-

ϑῶν γένος . . ἀσκοῖς τὸν Ἴστρον διαπεράσαντες . . τοὺς τῆς Μακεδονίας χώρους κατέλαβον. Ubi Thraciam, Hebro adjacentem, significari, contextus iterum docet, quod non secus alio ejusdem capitis loco. Adde Eundem cap. 59. 61. Eandem regionem pleniore forma Macedoniam et Thraciam dicit Pachymeres in Andronico Palaeologo 1, 29. 4, 15. 5, 3.

TEMPYRORUM angustias, veteribus infames (Liv. 38, 41., coll. Ovid. Trist. I, 9, 19.), ibidem quaerendas esse autumo, coll. Cantacuzeno hist. 4, 10.; quod caput cum locis modo allatis eum doctum legere iubeo, qui futuro tempore illum tractum lustrabit. Ibidem Corpiliorum fauces quaero, per quas Brutus et Cassius venere, Philippos petentes (Appianus b. civ. 4, 102.).

Maximiano Galerio imperatori, non alii Maximiano, Maximianopolin (Mosynopolin) deberi, mihi verisimile videtur: Galerius enim in Illyrico, et quidem Thessalonicae, sedem imperatoriam habuit; Diocletianus in Asia minore. Alia de civitatis auctore non invenimus. Romanus igitur imperator, Porsularum (id urbis antea nomen) momento situque perspecto, urbem veterem colonia deducta auxisse, suoque nomine ornasse videtur. Sunt autem ibidem locorum aliae urbes, brevi intervallo ab urbe nostra diremtae, aliorum imperatorum nominibus insignes: *Traianopolis, Anastasiopolis, Gratianopolis, Claudiopolis;* ad quas jam, item ad alias quasdam, sermonis tenor finisque nos transmittit.

Urbium modo dictarum aliae semel, aliae saepius cum Mosynopoli junguntur, ut earum et Mosynopoleos historia separari non queat; item *Peritheorium, Theodorium, Pori, Comotena, Xanthia, Macra, Vera;* denique *Cypsela.*

TRAIANOPOLIS. Eam praeter vitam S. Glyceriae supra allatam p. 23. itineraria Romanorum agnoscunt, Hierocles et Novella Leonis Sap. imp. de thronis, Epiphanii Cyprii index, *) Constantinus Porphyrogenitus, Scylitza p. 858. ed. Par. (p. 728.

*) Epiphanii, archiepiscopi Cypri (?), expositio praecessionum patriarcharum et metropolitarum (Constantinus Porphyrogenitus de cerimoniis aulae Byzantinae 2, 54.): *κϑ'* (29)· *ἐπαρχίας Εὐρώπης* (l. *Ῥοδόπης*) *ὁ Τραϊανοπόλεως.* Idem ibidem: *Ἐπαρχία Εὐρώπης* (l. *Ῥοδόπης*). *Μητρόπολις Τραϊανοῦ, ἔχει ὑπ' αὐτὴν πόλεις ἤτοι ἐπισκόπους β', τὸν Πήρου* (l. *τὸν Πόρου*), *τὸν Ἀναστασιουπόλεως.* De Poro s. Poris, episcopatu Traianopoli subjecto, v. Nos supra pag. . . Traianopolitana metropolis postero tempore aucta fuit, coll. Leonis novella de thronis, quam supra attuli p. . . Obiter noto, utcumque de aetate Expositionis Epiphanianae statuas, antiquiorem videri Novellâ Leonis de thronis. Namque primo loco ponit Papam (patriarcham) Romanum etc. Leonis autem aevo Constantinopolitanus patriarcha se primum dixit patriarcharum. Acta synodalia Traianopolin aliquoties memorant. V. Concilium Chalcedonense (a. 451), apud Mansium Vol. 6. p 846. 907. 916. 942. Concil. V (Constantinopolitanum) a. 553 (Mansi Vol. 9. p. 175). Concilium Nicaenum II (a. 787) apud Mansium Vol. XII.

ed. Bonn.). Hanc praeter Aenum, Mosynopolin et alias restituit Iustinianus imperator. Procopius de aedificiis 4, 11.: .. Ἐπεὶ Ῥοδόπη ὀχυρωμάτων ἐκ παλαιοῦ ὑπεσπάνιζεν.. Καὶ μὴν καὶ ἄλλων τῶν ἐπὶ Ῥοδόπης πόλεων, ὅσα δὴ ἐνδεῖν (l. ἐνδεᾶ εἶναι) καὶ καταπεπονηκέναι ξυνηνέχθη τῷ χρόνῳ, σπουδῇ πάσῃ ἀνέστησεν· ἐν αἷς Τραϊανούπολίς τε καὶ Μαξιμιανούπολίς εἰσιν· ὥνπερ ἐπηνώρθωσε τὰ ἐν τοῖς προβόλοις σαθρὰ γεγονότα. Unde momentum satis grave hujus quoque urbis cum Aeno, Maximianopoli atque aliis quibusdam Rhodopes provinciae intelligis. Sequitur deinde apud Procopium index magnus castellorum Rhodopes, per Iustinianum de novo conditorum. Recurrit autem Traianopoleos mentio seculo XI in historia Nicephori Bryennii, qui ibi purpuram sumsit, coll. Scylitza p. 727. ed. Bonn., Nicephoro Bryennio 3, 9. 10. Seculo XV superstitem fuisse, Mannertus (Geograph. Vol. VII. p. 225.) inde concludit, quod librarius Ptolemaei Coislinianus margini codicis adscripserit: „*Traianopolis nunc reperitur longitudinis gradu* 52, 55', *latitudinis* 41, 35'". Verum Mannertus Georgium Acropolitam non legit, qui scriptor supra allatus (p. 28.) histor. cap. 13. a Bulgaris anno 1205 eversam esse narrat. Quodsi vero imperante Andronico seniore (a. 1282—1328) ejus memoria apud Nicephorum Chumnum recurrit (in oratione adversus Niphonem, in Boissonadii Anecdd. gr. Vol. V. p. 279. 280.), item imperante Andronico juniore (a. 1328—1341) apud Nicephorum Gregoram hist. 11, 7, 3., id non aliter intelligendum est, ac loci quidam de Mosynopoli supra allati (pag. 29 sq.): significantur ruinae s. reliquiae quaedam urbis, non urbs ipsa vetus. Cantacuz. hist. 1, 38.: Προῆλθέ γε ἄχρι Βήρας καὶ Τραϊανουπόλεως. Idem ibid. 2, 13.: Τὰ περὶ Τραϊανούπολιν λῄζεται καὶ Βήραν. Idem ibid. 3, 68.: Βασιλεὺς δὲ εἰς τὸ στρατόπεδον πρὸς Τραϊανούπολιν ἐπανελθών. Idem ibidem: Ἐν Τραϊανοῦ στρατοπεδευομένοις. Num ex his Cantacuzeni verbis consequitur, Traianopolin tum superstitem fuisse? Minime vero. Superstes erat Vera, quod aliunde constat, non Traianopolis. Vide Cantacuzenum 3, 67.: Εἰς τὴν Τραϊανούπολιν, κατεσκαμμένην οὖσαν ἐκ πολλῶν ἐτῶν, sc. initio sec. XIII. a Bulgaris. Nihilominus post urbis eversionem passim occurrunt praesules Traianopolitani. Georgius Pachymeres in Mich. Palaeologo (ad annum 1273) 5, 6.: Τὸν Τραϊανουπόλεως Κουδουμηνόν. Adde Mich. Lequienium in Oriente Christ. I, 1196. Traianopolis nunc dici fertur *Orichova*, dextro Hebri inferioris orae imposita, referente Beaujourio in voy. milit. Vol. I. p. 237. (*un méchant village*, pagus deformis). Numori de longitudine loci et latitudine astronomica apud librarium Ptolemaei Coislinianum conferendi

p. 1107. Concilium IX (Photianum) a. 879 (Mansi Vol. XVII. p. 373. 377). Adde Hormisdae papae epistolam 75 (Conciliorum T. X. Paris. 1644. p. 605.), ubi occurrit Abundantius episcopus Traianopolitanus. In Maroneam ultimo tempore episcopatus Traianopolitanus translatus est, coll. Mich. Lequienio in Oriente Christ. Vol. I. p. 1196.

sunt cum tabula geographica Franco-Galli Lapie sect. 9. — Trajano imperatori non quidem nomen, sed originem debere fertur, coll. Scylitza (ad calcem Cedreni ed. Bonn. Vol. II. p. 728.): *Ἡ γὰρ Τραϊανούπολις αὕτη οὐκ ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ βασιλέως τοῦ Τραϊανοῦ ᾠκοδόμηται, ἐπὶ ὀνόματι δὲ τῶν μεγιστάνων τινὸς Τραϊανοῦ καλουμένου, γενναίου τὸ τηνικαῦτα κατά τε χεῖρα καὶ κατὰ ψυχήν, ὃν ὁ Καῖσαρ Τραϊανὸς διά τι πταῖσμα τῶν ὀφθαλμῶν ἐστέρησεν. Ἐπὶ Πέρσαις δὲ, διϊὼν ἐνταῦθα, τοῦτον ἐθεάσατο πρώτως. Περιώδυνος δὲ τῇ θέᾳ γενόμενος, τῶν στρατηγημάτων καὶ τῆς ἀνδρίας ἀναμνησθεὶς, ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ πόλιν ἐκέλευσε πολίσαι εἰς μνήμην ἄληστον τοῦ ἀνδρός.* Eandem s. narrationem s. fabulam habet Cedrenus in Traiano suo (Hist. compend. Vol. I. ed. Bonn. pag. 436.), ita tamen, ut urbis nomen taceatur, et solummodo ille Traianopoli, ab imperatore conditae, praefectus fuisse dicatur ad pensandam injuriam. De numis hujus Graecae urbis v. Eckhel. D. V. N. T. II. pag. 47 sq. Mionnet. Descript. de médail. antiqu. Vol. I. ed. I. p. 423 sqq. Ramus. catal. Numor. Vol. I. p. 112. Museum Wiczay Vol. I. p. 96. — Prope Traianopolin fuit monasterium *Adelorum*. Nicephorus Gregoras 16, 1, 4.: *Ἐς τὸ τῆς Τραϊανοπόλεως ἔγγιστα φρούριον, τὴν τῶν Ἀδέλων λέγω μονήν.*

Antequam ad Anastasiopolin transeo, quaedam de Bolero provincia superioribus addenda videntur. Procopius de aedificiis 4, 11 (Opp. ed. Bonn. Vol. 3. p. 303.): .. *Ῥοδόπῃ ὀχυρωμάτων ἐκ παλαιοῦ ὑπεσπάνιζεν. Ἦν δέ τις κώμη ἐν τῇ μεσογείᾳ, Βέλλουρος ὄνομα, πλούτου μὲν δυνάμει καὶ πολυανθρωπίᾳ ἴσα καὶ πόλις, τῷ μέντοι τειχήρης οὐδαμῇ εἶναι ληϊζομένοις διηνεκὲς ἐπαρκοῦσα βαρβάροις, ἀγροῖς τε τοῖς ἀμφ' αὐτὴν κειμένοις πολλοῖς γε οὖσι ταὐτὸ πάσχουσα. Καὶ αὐτὴν δὲ ὁ βασιλεὺς οὗτος πολίζει τε καὶ ἀποτειχίζει, καὶ αὐτοῦ ἐπαξίαν τίθεται εἶναι. Καὶ μὴν καὶ ἄλλων τῶν ἐπὶ Ῥοδόπης πόλεων κ. τ. λ.* Eam Bellurum Procopii Byzantinorum regioni Bolero nomen dedisse et reliquisse existimo. Anne vero etiam a litore Hebri (Maritzae) sinistro Bolerus patuit? De his inspiciantur Annales Turcici pag. 315. ed. Paris. (ad annum 1328): „*Inde* [a Zemenico s. Chiridocastro, i. e. Sesto in Chersoneso Thracica] *cum navibus .. Bolairen Ezes begus petiit. Est autem propter Bolairem portus maris, qui portus albus dicitur.*" Ubi Leunclavius (pag. 410) haec annotat: „*In his verbis observandum, illam Bolaïris planitiem Turcis dictam praetori Graeciae nostro vocari Bolerum, qua scilicet per ipsam Chersonesum, Adrianopoli procul ad dextram relicta cum Didymoticho, versus Aenum oppidum et Maritzam fluvium, quondam Hebrum dictum, ac longius inde Thessaliam versus itur.*" Bolerum nostram significari, nec ego addubito.

Idem ibid. p. 317. (ad annum 1383): „Ingressusque Romaniam, obsidione *Magalgaram* cinxit .." Ibidem: „Ad obsidendam *Bolinam*, locum munitum, profecti sunt." P. 317. (ad a. 1386): „*Gumutzina .. Marolia .. Serras .. Cavalam, Diren* (Doiran?) .. *Sirum*

(Serras?) .. *Monastirum* (Bitogliam) *et Selerucam* (l. Selenicam s. Selanicam, i. e. Thessalonicam). *)

ANASTASIOPOLIS. Hanc cum aliis VII urbibus metropolitae Traianopolitano subjectam fuisse, testatur Novella imp. Leonis Sap. de thronis, supra allata pag. 24. Tenebat locum dignitate quartum, Mosynopolis tertium, Peritheorium vero septimum. Occurrit eodem aevo in Actis concilii noni (Photiani) a. 879., coll. Mans. Concil. Vol. XVII. p. 375.; diuque antea in Actis synodi VII (a. 796) ap. Mans. Concil. Vol. XII. p. 995.; deinde in Actis synodi Nicaenae II (a. 787) ap. Mans. Vol. XII. p. 1099. Leonis tamen imperatoris indici adversatur Cantacuzenus hist. 3, 32. (ad annum 1342): *Τὴν Ἀναστασίου πόλιν, ἣ Περιθεώριον ὑπὸ βασιλέως Ἀνδρονίκου προσηγορεύετο.* Litem docti quandoque resolvent. De ea vero alium Cantacuzeni locum vide in *Peritheorio.* Locum tertium obtinebat in Anonymi notitia metropolitanorum, quae tamen Leonis Novellâ junior est (ad calcem Codini de officiis aulae Byzantinae p. 377 sq. ed. Paris., p. 324. ed. Ven.): *κθ΄. Ἐπαρχία Ῥοδόπης. Ὁ Τραϊανουπόλεως. Ὁ τοῦ Πήρου* (l. *ὁ Τοπίρου*)· *Ὁ Ἀναστασιουπόλεως.* Anastasiopolitanus episcopus in synodo Photiana subscripsit, referente Michaele Lequienio l. c. p. 206; antiquiorem urbis memoriam deprehendi in Actis synodi septimae (a. 787), ubi subscripsit episcopus Anastasiopoleos (Mansi concil. Vol. XII. p. 995. 1100. Vol. XIII. p. 143.). Situm urbis in dextro inferioris Hebri latere quaero, a mari non valde remotum. Nec eam neglexit Iustinianus imperator, urbium instaurator. Procop. de aedif. 4, 11.: *Ἀναστασινούπολις δὲ ἡ τῇδε οὖσα τειχήρης μὲν καὶ πρότερον ἦν. Ἐν δὲ παραλίᾳ κειμένη, ἀφύλακτον εἶχε τὴν ταύτῃ ἠϊόνα. Τὰ πλοῖα, πολλάκις, ἀμέλει ἐνταῦθα καταίροντα, ὑποχείρια βαρβάροις Οὔννοις ἐξαπιναίως γεγένηται ὥστε καὶ τὰς νήσους ἐνθένδε τὰς τῇ χώρᾳ ἐπικειμένας ἠνώχλησαν. Ἰουστινιανὸς*

---

*) Ut Serrarum nomen in chronicis Franco-Gallorum medii aevi sanavi, ita in Tabula Peutingeriana idem sanabo. Ea igitur (fol. VII. ex editione Catancsichii): haec habet: *Heraclea Santica* (l. Sintica) *IIII. Scotusa XVIII. Sarxa XIII. Strymon VIII. Daravescos* (l. Drabescus) *XII.* In his formam *Sarxa* crucem geographorum esse constat. Leni medela damnum resarcietur. Lege *Sarra.* Sic medio aevo *Serrae* Macedonicae dicebantur. Innocentius III. epist. 15, 57 (Ed. Baluz. Vol. II. p. 621): *Arnulpho, Sarrensi archiepiscopo .. Sarrensis ecclesia .. Sarrensem metropolim .. Sarrensem ecclesiam .. Sarrensi metropoli ..* (Ea epistola varia satis memorabilia habet de locis Serrarum sacris). Idem ibid. 15, 70 (p. 626): *Philippensi et de Serra* (sic) *archiepiscopis etc.* Ibidem (p. 627): *Philippensi et Sarrensi* (sic) *archiepiscopis.* Idem epist. 86 (p. 632): *Episcopi Sarrensis.* Idem 16, 98 (p. 796): *Fratribus nostris, Philippensi, Sarrensi, Thessalonicensi.* Similiter literas *e* et *a* Itali medii aevi confuderunt in loco *Velestino* (Thebis Phthioticis Thessaliae), quem *Valestino* scribere amant, coll. meis Thessalonicensibus pag. 494.

δὲ βασιλεὺς διατειχίσματι τὴν παραλίαν περιβαλὼν ὅλην, ταῖς τε ναυσὶ καὶ τοῖς νησιώταις τὴν ἀσφάλειαν ἀνεσώσατο. Ἀλλὰ καὶ τὸν τοῦ ὕδατος ὀχετὸν ἐκ τῶν ὀρῶν, ἃ ταύτῃ ἀνέχει, μέχρι ἐς τὴν πόλιν ὑπέρογκον ἀνέστησαν (l. *ἀνέστησεν*) *ὕψος.* Sedem hujus loci reliquiae grandis aquaeductus, si quae supersunt, aliquando definient. Alius aquaeductus reliquias paulo inferius, in Verae castello s. monasterio, memorabo.

GRATIANOPOLIS. Ejus mentionem non invenio ante seculum XIII., sc. apud Georgium Acropolitam histor. cap. 13 (supra cit. pag. 29.). Macrae (antea Stagirae) vicinam fuisse puto, coll. Acropolitani loci ordine ac tenore; item Cumutzinis, coll. Nicephoro Gregora hist. 14, 4, 1. (ad annum 1344): *Εἷλε καθ' ὁμολογίαν πόλεις δύο, τήν τε Κομοτηνὴν καὶ τὴν Γρατιανοῦ καλουμένας.* Idem ibid. 16, 7, 1.: *Ἐκ μόνης τῆς Γρατιανουπόλεως.* Cujus loci contextus id saltem ostendit, situm habuisse hanc urbem a parte Hebri inferioris occidentali. Crebrior ejus mentio apud Cantacuzenum habetur. Is igitur de ejus situ 1, 52.: *Ἐν Γρατζιανοῦ πόλει, περὶ ἐκβολὰς τῆς Θρᾴκης κειμένῃ*, sc. in fine Rhodopes, ubi ea ad mare excurrit. In occidentali urbis plaga sita erat Xanthia oppidum (Cantacuz. ibid.). Erat autem situ locorum et arte munitissima, Chalcidicesque metropolis quaedam, coll. Cantacuzeno 3, 68.: *Αὐτὸς δὲ γενόμενος πρὸς τὴν Χαλκιδικὴν, τὴν Γρατιανοῦ πόλιν ἐπολιόρκει, οὖσαν οὐ μεγάλην, ὀχυρωτάτην δὲ ἔκ τε φύσεως τοῦ τόπου καὶ τῶν τειχῶν τῆς κατασκευῆς, ἄλλως δὲ εὐφυῶς πρὸς πάντα ἔχουσαν, καὶ ὥσπερ μητρόπολιν οὖσαν τῆς Χαλκιδικῆς* (anno 1343). Habuit arcem (Cantacuz. l. c. cap. 69.).

Totus ille tractus (inter Cumutena puto Hebrique ostia) *Chalcidice* olim dicta videtur, a Chalcidensibus prisco aevo suis coloniis repletus, deinde a Philippo, Amyntae filio, incolis orbatus; ceterum perquam fecundus. Per hanc Chalcidicen profecti cum legionibus suis Brutus et Cassius, in Macedoniam tendentes, antequam Corpiliorum fauces (Tempyra) penetrarent (Appian. b. civ. 4, 42); diuque antea Manlius (Liv. 38, 41.).

Obiter noto, de nomine hujus regionis Cantacuzenum (hist. 2, 22.) hanc habere notam marginalem adscriptam (ad vv. *κατὰ τὴν Χαλκιδικὴν τὴν ἐν τῇ Θρᾴκῃ*): *ὃ νῦν καλεῖται Βολερόν;* quam regionem cum Chalcidice Macedonica, proprie sic dicta, male confundit Wassius ad Thucydidem 4, 79. In quem Boleri sensum nunc ego inclino, maximopere motus Georgii Pachymerae loco, supra allato, ubi Hispani dicuntur Aeno egressi Maritzam (Hebrum) transisse, *ut e Bolero frumentum peterent.* Quod non de regione montana valere potest, sed de campis frugiferis. Adde eundem Pachymeren ibidem cap. 33.: .. *ἐπὶ Αἴνου καὶ Μεγαρίσιον γίνονται* .. (Hispani). *Καὶ πύστις ἦν πιστευομένη ἐνίοις καὶ τοῖς δοκοῦσι τῶν ἀκουόντων, ὡς τοῦ ποταμοῦ τῆς Μαρίτζης τὸ πολὺ τοῦ ὕδατος πρὸς θάλασσαν ἀποπτύσσοντος* (l. *ἀποπτύον-*

τος s. ἀποπτύσαντος), καὶ βατοῦ ποσῶς γενομένου ποσὶ, πρὸς Βολερὸν διαπεραιωθήσονται. Additur ibidem, incolas *Boleri*, campis relictis, in arcibus sese abdidisse. Pachymerae locum *Megarisium* Hispani dicunt *Megarix* (Megarich), coll. Moncada cap. 41. cett. De his v. Nos paulo inferius, ubi Rhodopes partes explanabimus.

Fertilitatem hujus Chalcidices praeter Appianum infra allatum testatur Cantacuzenus histor. 4, 34.: *Τοῦτο δ', ὅτι καὶ ἡ Χαλκιδέων βοσκήμασι διαχειμάζειν μᾶλλον ἐπιτηδειοτέρα διά τε τὴν ἀλέαν καὶ τὸ τροφὴν παρέχειν ἄφθονον, βοσκήματα ἐκεῖ πολλὰ καταγαγόντες κ. τ. λ.* Neque aliter de hac Chalcidice agit Hispanus Moncada in libro: Expedicion de los Catalanes y Aragoneses contra Turcos y Griegos (Madrid 1805. cap. 52. pag. 292): *Llegó Rocafort con su exercito à una aldea dos jornadas lexos de la ciudad de Cristopol, puesta en un llano abundante de frutas, y aguas; las casas vecías de gente, pero llenas de pan y vino y de otras cosas no solo necesarias, pero de mucho gusto y regalo.* De regione inter Nestum Hebrumque sita v. Beaujour. voy. milit. Vol. I. pag. 233—337.; qui scriptor oram maritimam totius illius tractus olivis, quibus careat litus inter Thessaliam Strymonemque, decoratam dicit l. c. pag. 236.

Jam vero accedant alia plenioraque vetustatis testimonia de hac Chalcidice, quam a Macedonica distingui velim. Cantacuzen. 4, 42 (coll. 4, 34): *Ἐστράτευσεν ἐπ' ἐκεῖνον ἅμα ἦρι, πρὸς τῇ Γρατιανοῦ πανοικεσίᾳ διατρίβοντα, ἔχοντα καὶ τὰς ἄλλας τῆς Χαλκιδικῆς ἁπάσης πόλεις* (anno 1355). Idem 3, 68.: *Αὐτὸς δὲ γενόμενος πρὸς τὴν Χαλκιδικὴν, τὴν Γρατιανοῦ πόλιν ἐπολιόρκει, οὖσαν οὐ μεγάλην, ὀχυρωτάτην δὲ ἔκ τε φύσεως τοῦ τόπου καὶ τῶν τειχῶν τῆς κατασκευῆς, ἄλλως δὲ εὐφυῶς πρὸς πάντα ἔχουσαν καὶ ὥσπερ μητρόπολιν οὖσαν τῆς Χαλκιδικῆς.* Idem 3, 70.: *Τῆς τε Γρατιανοῦ καὶ τῶν ἄλλων, αἳ ὑπήκοοι ἦσαν ἐν τῇ Χαλκιδικῇ.* Est annus 1308., coll. Pachymerae loco modo allato. Aenum vero urbem a Chalcidice distinguit Cantacuz. 4, 27.: *Αἶνον δὲ ᾐτεῖτο παρὰ βασιλέως τοῦ κηδεστοῦ καὶ τὰς τῆς Χαλκιδικῆς πόλεις.* Cum ultimis cfr. quoque Eundem 4, 42.

De veteri hujus regionis historia videatur Appianus b. civ. 4, 102.: *Τοῦ δὲ Σερρείου προὔχοντος ἐς τὸ πέλαγος, αὐτοὶ μὲν ἐς τὰ μεσόγεια ἀνεχώρουν, Τίλλιον δὲ Κίμβρον μετὰ τοῦ ναυτικοῦ καὶ τέλους ὁπλιτῶν ἑνὸς καὶ τοξοτῶν τινων τὴν ἀκτὴν περιπλεῖν* (l. *παραπλεῖν*) *ἔπεμπον· ἣ πάλαι μὲν ἦν ἐρημοτάτη, καίπερ εὔγεως οὖσα, τῶν Θρᾳκῶν οὔτε θαλάσσῃ χρωμένων, οὔτε ἐς τὰ παράλια κατιόντων, ὑπὸ δέους τῶν ἐπιπλεόντων. Ἑλλήνων δ' αὐτὴν ἑτέρων τε καὶ Χαλκιδέων καταλαβόντων, καὶ θαλάσσῃ χρωμένων, ἤνθει ταῖς ἐμπορίαις καὶ γεωργίαις, χαιρόντων σφίσι καὶ τῶν Θρᾳκῶν διὰ τὴν τῶν ὡραίων ἄμειψιν· μέχρι Φίλιππος ὁ Ἀμύντου τούς τε ἄλλους καὶ Χαλκιδέας ἀνέστησεν, ὡς μηδὲν ἔτι πλὴν οἰκόπεδα μόνον ὁρᾶσθαι. Τήνδε*

οὖν τὴν ἀκτὴν, αὖθις ἔρημον οὖσαν, ὁ Τίλλιος παραπλέων, ὥς οἱ πρὸς τῶν ἀμφὶ τὸν Βροῦτον εἴρητο, στρατοπέδοις ἐπιτήδεια χωρία ἀνεμέτρει καὶ διέγραφε, καὶ ταῖς ναυσὶ κατὰ μέρη πρόσπλουν [adde *ἐποίει*], *ἵν' οἱ περὶ τὸν Νορβανὸν, ὡς ἀχρεῖον ἔτι τὸ τηρεῖν, τὰ στενὰ ἐκλίποιεν.* Brutusque, angustiis (Tempyris) nullo impediente superato, ad oram Thaso insulae oppositam pervenit (Appian. l. c., coll. Plutarch. Brut. 38), non procul a faucibus Sapaeorum (Christopolitanis). Locum Appiani totum apposui, quod ab illis neglectum video, quorum erat, eo uti ad illustrandam totam eam regionem, quae inter Hebri ostia oramque Thaso insulae oppositam terminatur, cujusquo tum prisco aevo, tum medio non leve momentum in rebus bellicis fuit. Sunt ii Raoul-Rochette in Histoire crit. de l'établissement des colonies Grecques. Paris. 1815. Vol. III. pag. 198—213.; dein Mannertus Geogr. Vol. VII. p. 208—228. Est digna omnino regio, quae diligentius quandoque lustretur, quam ab iis non plane omissum video, qui ultimo tempore eam peragraruut; est enim Rhodopes provinciae pars longe melior.

Non aliter idem Philippus Macedo Chalcidenses Thessalonicae vicinos tractasse Mannerto videtur (Geogr. der Gr. u. R. Vol. VII. p. 449.), quorum XXXII oppida evertisse narratur, teste Demosthene Philippicâ III (p. 106. ed. Bekk.), coll. Dionysio Halicarnassensi de admiranda vi dicendi in Demosthene cap. 54 (p. 1119. ed. Reisk.). Iam vero ipsum Demosthenem inspiciamus. Is igitur l. c.: *Ὄλυνθον μὲν δὴ, καὶ Μεθώνην, καὶ Ἀπολλωνίαν, καὶ δύο καὶ τριάκοντα πόλεις ἐπὶ Θρᾴκης ἐῶ, ἃς ἁπάσας οὕτως ὠμῶς ἀνῄρηκεν κ. τ. λ.* Mannertus l. c. de XXXII urbibus Chalcidices vulgari sensu cogitat, sc. e meridie Thessalonicae (Thermae) Cissique montis sitae, motus puto Olynthi et Apolloniae mentione, deinde sensu formulae *τὰ ἐπὶ Θρᾴκης*, quae vetustiori aevo urbibus Graecis Chalcidicae Macedonicae imposita dicitur. Quanquam dubito, num Chalcidice Macedonica vel isto aevo urbium XXXII capax fuerit.

Verum pergamus in lectione Demosthenea. Ergo summus veterum oratorum in Philippica IV (p. 136. ed. Bekk.): *Πόσων ἀπεστήρησθε; Οὐ Φωκέας; Οὐ Πύλας; Οὐχὶ τὰ ἐπὶ Θρᾴκης, Δορίσκον, Σέῤῥιον, τὸν Κερσοβλέπτην αὐτόν; Οὐ νῦν Καρδίαν ἔχει* (Philippus); Iam habemus quasdam illarum urbium XXXII., quarum priores apud Hebrum (Maritzam) inferiorem quaerendae sunt; ultima initio chersonesi Thracicae. Evertit Philippus has urbes s. munitiones, utpote maritimo litori impositas, ideoque validiores, ab Atheniensibus vero contra ipsum nunquam non adjutas. Addo alia regionis istius (*τὰ ἐπὶ Θρᾴκης* dictae) loca. Demosthenes de falsa legatione pag. 352. ed. cit.: *Ἐν δὲ τούτῳ* (isto tempore) *Δορίσκον, Θρᾴκην* (urbem quandam nomine *Θρᾴκη*), *τὰ ἐπὶ τειχῶν, Ἱερὸν ὄρος ᾕρει ὁ Φίλιππος.* Quod orator *τὰ ἐπὶ τειχῶν* dicit, id paulo inferius *τὰ τείχη* simpliciter nuncupat (p. 359. ed. cit.), repetens *Θρᾴκην.* Montem sanctum iterum memorat in eadem oratione pag. 407. Addo alias Graecorum colonias, in eodem tractu a Philippo eversas. Demosthenes Philipp. IV. (p. 123): *Οὐ γὰρ οὕτως εὐήθης ἐστὶν ὑμῶν οὐδεὶς, ὥσθ' ὑπολαμβάνειν, τὸν Φι-*

λιππον τῶν μὲν ἐν Θρ ᾴ κ η κακῶν (τί γὰρ ἂν ἄλλο τις εἴποι Δρόγγιλον καὶ Καβύλην καὶ Μάστειραν, καὶ ἃ νῦν φασὶν αὐτὸν ἔχειν;) — τούτων μὲν ἐπιθυμεῖν κ. τ. λ. Idem de Haloneso p. 78.: *Τίνι μηνὶ καὶ τίνι ἡμέρᾳ Σέῤῥιον τεῖχος καὶ Ἐργίσκη καὶ Ἱερὸν ὄρος ἑάλω;* Noto quoque, Philippum, horum locorum eversorem, transisse in rhetorum exercitationes. Ergo Procopius Gazaeus (sec. V) in panegyrico Anastasii imperatoris cap. 10 (Dexippus cett. ed. Bonn. p. 501): *Οὐχ, ὥσπερ Φίλιππος, ὁ Μακεδὼν ὄντως καὶ βάρβαρος, καὶ ταῖς Ἑλληνικαῖς συμφοραῖς ἐνακμάζων, ἀπάτῃ καὶ δόλῳ δύο καὶ τριάκοντα Χαλκιδικὰς πόλεις ἑλών, οὕτως ἀνεῖλες ὠμῶς, ὡς διαλαθεῖν, εἰ γεγόνασι πρόσθεν.* Verum pergo in vetustiorum scriptorum enarratione, et quidem eo consilio, ut notionem ejus regionis, quae *τὰ ἐπὶ Θρ ᾴ κ η ς* dicebatur, in clarissima luce ponam. Ergo Philochorus apud Dionysium Halicarnassensem in hujus epistola ad Ammaeum de Demosthene et Aristotele cap. 9 (Opp. ed. Reiske Vol. VI. p. 735): *Περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον Χαλκιδέων, τ ῶ ν ἐ π ὶ Θ ρ ᾴ κ η ς, θλιβομένων τῷ πολέμῳ, καὶ πρεσβευσαμένων Ἀθήναζε, Χαρίδημον αὐτοῖς ἔπεμψαν οἱ Ἀθηναῖοι, τὸν ἐν Ἑλλησπόντῳ στρατηγόν· ὃς ἔχων ὀκτωκαίδεκα τριήρεις καὶ πελταστὰς τετρακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν, ἦλθεν εἴς τε Παλλήνην καὶ τὴν Βοττιαίαν μετ' Ὀλυνθίων, καὶ τὴν χώραν ἐπόρθησεν.*

In his jam disputationibus ad bellum Peloponnesiacum assurgo, ut deinde ad antecedentis narrationis ordinem recurram, omisso nunc Herodoto et Thucydide, quos in fine tractationis respiciam. Igitur Diodorus Siculus 12, 42., Atheniensium socios enumerans, haec habet: *Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἐ π ὶ Θ ρ ᾴ κ η ς, πλὴν Χαλκιδέων καὶ Ποτιδαιατῶν* (erant Atheniensium socii). Idem ibid. cap. 50.: *Σιτάλκης τοίνυν πρὸς Ἀθηναίους φιλίαν συνθέμενος, ὡμολόγησεν αὐτοῖς συμμαχήσειν τὸν ἐ π ὶ Θ ρ ᾴ κ η ς πόλεμον.* Idem ibid. cap. 72..... *Σκιωναῖοι .. ἀπέστησαν πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, καὶ τὴν πόλιν παρέδωκαν Βρασίδᾳ τῷ στρατηγοῦντι τῶν ἐ π ὶ Θ ρ ᾴ κ η ς Λακεδαιμονίων.* Idem ibid. cap. 73.: *Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι προχειρισάμενοι στρατηγὸν Κλέωνα τὸν δημαγωγόν, καὶ δόντες ἀξιόλογον δύναμιν πεζικήν, ἐξέπεμψαν εἰς τ ο ὺ ς ἐ π ὶ Θ ρ ᾴ κ η ς τ ό π ο υ ς.* Recurramus ad res Philippi I. Idem Diodorus 16, 52.: *Κατὰ δὲ τὴν Εὐρώπην Φίλιππος μὲν ὁ Μακεδόνων βασιλεύς, στρατεύσας ἐπὶ τὰς Χ α λ κ ι δ ι κ ὰ ς πόλεις, Γεῖραν μὲν φρούριον ἐκπολιορκήσας κατέσκαψε, τῶν δὲ ἄλλων πολισμάτων ἔνια καταπληξάμενος ἠνάγκασεν ὑποτάσσεσθαι.* Quae *Gira* ubinam quaerenda sit, sc. in Chalcidice Macedonica, an Thracica, vix equidem decreverim. Eligo tamen posteriorem terram. Sequentem quoque ejusdem Diodori locum de coloniis Graecorum Hebro et Hellesponto vicinis intelligo. Ille igitur XVI, 71.: *Κατὰ δὲ τὴν Μακεδονίαν Φίλιππος τὰς ἐ π ὶ Θ ρ ᾴ κ ῃ* (sic) *πόλεις Ἑλληνίδας εἰς εὔνοιαν προσκαλεσάμενος, ἐστράτευσεν ἐπὶ Θρᾴκην. Κερσοβλέπτης γάρ, ὁ βασιλεὺς τῶν Θρᾳκῶν, διετέλει τὰς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ πόλεις ὁμορούσας τῇ Θρᾴκῃ καταστρε-*

6

φόμενος, καὶ τὴν χώραν καταφθείρων. Descendo ad historiam Philippi II. Polybius 18, 2.: Λεύκιος δὲ Στερτίνιος (fine belli Macedonici I), εἰς Ἡφαιστίαν καὶ Θάσον ἀφικόμενος καὶ τὰς ἐπὶ Θρᾴκης πόλεις, ἐποίησε τὸ παραπλήσιον (sc. idem fecit, quod P. Lentulus, nimirum liberas urbes fore a Macedonibus pronuntians). Quas urbes non prope Pallenen Macedonicam quaerendas esse, nemo non videt, sed inter Strymonem fluvium et Byzantium. Idem 23, 4.: Καὶ διαφορὰ ἄλλη περὶ τῶν ἐπὶ Θρᾴκης πόλεων πρὸς τοὺς παρ' Εὐμένους πρεσβευτὰς καὶ τοὺς ἐκ Μαρωνείας φυγάδας. Idem ibidem 13.: Μεταπεμψάμενος γὰρ Ὀνόμαστον τὸν ἐπὶ Θρᾴκης τεταγμένον κ. τ. λ. Ubi Maronea urbs memorata satis docet, quaenam urbes Graecorum Thracicae significentur: sunt coloniae Graecorum, inter Nestum Hebrumque fluvios sitae. Item Polybius paulo ante: . . πρεσβευτῶν (sc. Romanorum), καὶ δηλούντων (Philippo II), ὅτι δεήσει κατ' ἀνάγκην ἀποβαίνειν ἀπὸ τῶν ἐπὶ Θρᾴκῃ (sic) πόλεων. Ubi idem sensus est ut supra. Idem 24, 1.: . . κατηγορήσοντες (Eumenis regis legati, Philippum Romae accusaturi) αὐτοῦ περί τε τῶν ἐπὶ Θρᾴκης πόλεων κ. τ. λ. De eadem legatione vide Eundem ibidem cap. 3. (κατηγορῆσαι, καὶ περὶ τῶν ἐπὶ Θρᾴκης τόπων). Ibidem: Τῶν ἐπὶ Θρᾴκης τόπων. Idem ibidem cap. 6.: Ἀπέβη μὲν ἀπὸ τῶν ἐπὶ Θρᾴκης Ἑλληνίδων πόλεων ὁλοσχερῶς ὁ Φίλιππος, καὶ τὰς φρουρὰς ἐξήγαγεν.

Habes in antecedentibus historiam quandam istius notionis geographicae, quae nomine τὰ ἐπὶ Θρᾴκης omnibus eruditis notissima est. Jam vero quantum patuit iste tractus? Müllero τῷ μακαρίτῃ (Ueber die Makedoner cett.) Olynthiacus ager τὰ ἐπὶ Θρᾴκης fuisse videtur, coll. ejus tabula geographica. Tractum illum τὰ ἐπὶ Θρᾴκης dictum fuisse, e Thucydide 1, 57. 59. 4, 7. constat, coll. Xenophonte hist. gr. 5, 2, 12.: Ὅτι μὲν γὰρ τῶν ἐπὶ Θρᾴκης μεγίστη πόλις Ὄλυνθος, σχεδὸν πάντες ἐπίστασθε. Aliter idem de Pella ibidem 13.: Πέλλαν, ἥπερ μεγίστη τῶν ἐν Μακεδονίᾳ πόλεων. *) Sic Eïonem quandam τὴν ἐπὶ Θρᾴκης dicit Thucydides 4, 7., ab ea distingens aliam τὴν ἐπὶ Στρυμόνι 1, 98. etc., quanquam et haec situm habebat in regione τὰ ἐπὶ Θρᾴκης, coll. Göllero ad Thucyd. 1, 98. Anne vero τὰ ἐπὶ Θρᾴκης latius patebant? Audiamus Göllerum ad Thucydidem 1, 59.: „Hoc nomen signi-

*) Eandem distinguendi inter ἐπὶ et ἐν cautelam alii quoque Graeci observant. Aristoteles hist. nat. 1, 4, 16. (p. 36. ed. Schneid.): .. οἷον ἐν μὲν τόπῳ τινὶ τῆς ἐν Εὐβοίᾳ Χαλκιδικῆς οὐκ ἔχει τὰ πρόβατα χολήν. Idem vero 3, 9, 12. (p. 114.): .. Οἷον καὶ ἐν τῇ Χαλκιδικῇ τῇ ἐπὶ Θρᾴκης ἐποίει ὁ καλούμενος ψυχρὸς ποταμὸς (sc. ut oves tempore coitus ex isto fluvio bibentes nigros agnos pariant). Idem plane repetit Aelianus h. nat. 8, 21., minus diligenter habens; ἐν Θρᾴκῃ. Diligentius agit Antigonus Carystius cap. 84.: Τὸν δὲ ἐν τῇ Χαλκιδικῇ ποταμὸν τὸν ἐπὶ Θρᾴκης, τὸν καλούμενον Κοχρύναν, πιόντα τὰ πρόβατα ἔχειν τὰ γεννώμενα μέλανα ποιεῖ. Aristotelis Chalcidicem fluviumque Antigoni Cochrynam (Cossinitam?) alicubi juxta Hebrum quaero, non juxta Pallenen.

ficat Graecas civitates, sitas in ora septentrionali (?) maris Aegaei inde a Thessalia usque ad Hellespontum. Coloniae in hac regione Chalcidicae, in quibus erant Olynthus, Torone, Sermyle, Arne all., deductae erant Chalcide in Euböa.“ Deinde sic pergit: „Amphipolis pro extrema ejus plagae urbe habebatur, quaeque ab ea ulterius tam in ortum, quam septentrionem terrae patebant, eae ad Thraciam relatae sunt.“ In his quae de Amphipoli dicit vir eruditissimus, me non satis assequi confiteor. Omnes Graecorum coloniae, Thessaliam et Hellespontum intercedentes, *τὰ ἐπὶ Θρᾴκης* dicebantur; ipsa Thracum terra *Θρᾴκη* audiebat. Regionem vero *τὰ ἐπὶ Θρᾴκης* otiam litus Thermaei sinus occidentale, non tantum orientale, spectasse, claris verbis docet Demosthonis vita apud Reiskium in Oratt. Grr. Tomo 4. p. 145 sq.: *Φίλιππος Μεθώνην πολεμῶν τὴν ἐπὶ Θρᾴκης κ. τ. λ.* Strabo libro 9, 5.: *Τῆς Θρᾳκίας Μεθώνης, ἣν κατέσκαψε Φίλιππος.* Quare ego *τὰ ἐπὶ Θρᾴκης* a Peneo, Thessaliae fluvio, initium habuisse statuo. Namque Thraces primo aevo tum in reliqua Graecia sedebant, tum in Pindo, Thessaliae monte, et in Pieria Macedoniae, coll. Thessalonicensibus nostris p. 8., ubi fragmenta Hecataei 115—122 (p. 75 sq. ed. Klaus.), Herodoto sc. vetustioris, citavi. Ex hac regione Thracas Graeci et Macedones expulere, manente Thraciae nomine. Postremo si *τὰ ἐπὶ Θρᾴκης* ad solum usque Hellespontum patuisse docti quidam statuunt, me non consentientem habent. Mihi *τὰ ἐπὶ Θρᾴκης* omnem terram inter Peneum et Danubium fluvios significare videntur, quatenus Graecorum colonias habuit. Eae autem multae erant in occidentali litore Ponti Euxini.

Antequam ad narrationem nostram recurro, monenda quaedam videntur do Strabone. Is igitur 2, 4, 13 (p. 121. ed. Casaub.): *Περὶ πολλῶν γάρ ἐστι πόλεων τοῦτ' εἰπεῖν* (sc. adeo vestigia earum evanuisse), *ὅπερ εἶπε Δημοσθένης ἐπὶ τῶν περὶ Ὄλυνθον, ἃς οὕτως ἠφανίσθαι φησίν, ὥστ' εἰ μηδὲ πώποτε ᾠκίσθησαν γνῶναι ἄν τινα ἐπελθόντα.* Idem 10, 1, 8 (p. 447): *Ἐρετρία μὲν γὰρ συνῴκισε τὰς περὶ Παλλήνην καὶ τὸν Ἄθω πόλεις· ἡ δὲ Χαλκὶς τὰς ὑπὸ Ὀλύνθῳ, ἃς Φίλιππος διελυμήνατο,* E quibus praeter alias Scolum fuisse, ex eodem Strabone (9, 2, 23. p. 408., coll. 2, 4, 13) autumo. Iam vero Strabonis locus (2, 4, 13) quomodo intelligendus est? Geographusne, cum de urbibus a Philippo eversis loqueretur, num de sola Chalcidice Olynthiaca (10, 1, 8) cogitavit, an simul de alia? Equidem non decerno. Quodsi prius statuitur, tum Strabo erravit. **Istorum** locorum Chalcidice multas urbes capere non potuit; quamquam unam et alteram earum Philippus evertit. Ejus vero saevitia aliam (orientalem) Chalcidicen spectavit, quae juxta Hebrum inferiorem sita erat. Id quod e Demosthene apparebit, si eum cum Appiano et Cantacuzeno comparaveris. Demosthenes Chalcidices quidem nomen non habet, sed nomina urbium ejus regionis, quae ipsi *τὰ ἐπὶ Θρᾴκης* audit. Appianus vero, coll. Cantacuzeno, colonias, a Philippo eversas, **Chalcidicas** dicit, **juxtaque Hebrum** ponit.

Locutionem *τὰ ἐπὶ Θρᾴκης* primum apud Herodotum invenio, qui libro 6, 33. *τὰ τείχεα τὰ ἐπὶ Θρηΐκης* habet, ubi regio inter Hellespontum Hebrumque significari videtur. E scriptorum Byzantinorum numero Procopium, Nicephorum Gregoram, Cantacuzenum memoro. Ergo Procopius Goth. 3, 39 (p. 445. ed. Bonn.): *Στρατηγὸν καταλόγων τῶν ἐπὶ Θρᾴκης.* Idem ibid. 3, 33.: *Ἰλλυριούς τε καὶ τὰ ἐπὶ Θρᾴκης χωρία.* 4, 19.: *Ἔν τε χωρίοις ἱδρύσασθαι τοῖς ἐπὶ Θρᾴκης ἐκέλευσεν.* Idem Vandal. 1, 2.: *Ὤικησαν τὰ ἐπὶ τῆς Θρᾴκης χωρία.* Idem ibidem 12.: *Ἱπποφορβίων, ἃ οἱ νέμονται ἐς τὰ ἐπὶ Θρᾴκης χωρία.* Idem de aedificiis 4, 16.: *Τὰ ἐπὶ τῆς Θρᾴκης χωρία.* Nicephorus Gregoras II, 1 (pag. 524. ed. Bonn.): *Τὰς ἐπὶ Θρᾴκῃ* (sic) *καὶ Μακεδονίᾳ πόλεις.* Cantacuzenus 1, 42.: *Τὰς ἐπὶ Θρᾴκης πόλεις.**) Verum talia affectatae antiquioris locutionis speciem prae se ferunt, nil aliud. Namque ipsam Thraciam illi scriptores significant, nulla ratione habita coloniarum Graecarum.

Ego vero in Gratianopoli e Byzantinis scriptoribus illustranda pergo. Fuit Peritheorio vicina. Cantacuzenus l. c. 4, 42 (ad annum 1355): *Συνταξάμενοι δὲ ἀλλήλοις, ὁ μὲν ἀνέστρεφεν εἰς τὸ Γρατιανοῦ, Ἰωάννης δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς Περιθεώριον ἐλθών..*; item Cumutenis. Cantacuzenus l. c. 4, 45.: *Ἧκεν εἰς Περιθεώριον, κἀκεῖθεν εἰς Κουμουτζηνὰ, προσχωρήσαντα ἑτοίμως. Ἔπειτα καὶ τὴν Γρατιανοῦ πόλιν εἷλεν... Αὐτὸς δὲ τῇ πόλει ἐπιστήσας ἄρχοντα.. εἰς Περιθεώριον ἐπανελθὼν κ. τ. λ.* Idem 4, 42.: *Ἐπεστράτευσε Κουμουτζηνοῖς... ἐκεῖθεν δὲ, ἐπεὶ οὐ πάνυ πόῤῥω ἡ Γρατιανοῦ κατῴκιστο κ. τ. λ.* Unde trium oppidorum is ordo est ex oriente versus occidentem spectantibus: Gratianopolis, Perithcorium, Cumutena. De arce hujus urbis v. Cantacuzenum 3, 69. Episcopalis sedes nunquam fuisse videtur.

CLAUDIOPOLIS. Hanc Thraciae maritimae urbem apud solum Georgium Acropolitam (hist. cap. 13) inveni. Ex hujus verbis luculenter consequi videtur, urbis sedem inter Macram et Mosynopolin quaerendam esse; fuisse igitur et ipsam Chalcidices regionis urbium unam. A Bulgaris anno 1205 cum aliis permultis eversa fuit, coll. Acropolita l. c.

PERITHEORIUM. De ea urbe praeoccupata in antecedentibus fere omnia video, coll. Georgio Acropolita histor. cap. 13., ubi a Bulgaris a. 1205 eversa fuisse narratur. Restituta postmodum utcunque videtur. Situm ejus inter Gratianopolin et Cumutena modo definivimus, pauloque superius p. 29. 30. narratum a Nobis est, brevi intervallo distare a Mosynopoli, et quidem itinere meridionali (Cantacuz. 3, 70); qui-

*) Quae de Graecorum coloniis Thracico litori quasi attextis exposui, id de tota Graecia elegantissime Cicero monet republ. 2, 4.: *Coloniarum vero quae est deducta a Grajis in Asiam, Thraciam, Italiam, Siciliam, Africam, praeter unam Magnesiam, quam unda non alluat? Ita barbarorum agris quasi attexta quaedam videtur ora esse Graeciae.*

bus jam addo eundem Cantacuzenum 3, 70.: *Κατὰ τὸ Περιθεώριον.. διέτριβεν* (Momitzilus, ex Abdera ascendens) *ἐλθὼν, καὶ τὴν ἀνάζευξιν περιέμενε τῆς στρατιᾶς.* Primam urbis mentionem Acta Synodi Photianae mihi praestant (a. 879), ubi subscripsit Peritheorii episcopus, coll. Mans. concil. Vol. XVII. pag. 375. Sequitur post Leonis Novellam Cedrenus p. 729. ed. Paris. in historia imperatoris Romani Argyri (a. 1028—1034), ubi occurrit episcopus Peritheorii. Addo finem ejusdem seculi (circa annum 1080), sc. initia Alexii Comn., ubi Alexius in urbe Peritheorio fuit, in bellum proficiscens jussu imperatoris sui contra Basilacium rebellem (Scylitza p. 865. ed. Paris.).

Bis tantum Nicephorus Gregoras eam memorat (hist. 14, 1, 2. 14, 9, 3. 4.), ubi male *Περιθόριον* dicitur pro *Περιθεώριον*, et cum Xanthia urbe jungitur; saepius Cantacuzenus. Anastasiopolin antea dictam fuisse, supra memoravimus (p. 37), quibus jam addimus Cantacuzenum 2, 38.: *Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ Θρᾴκην παράλιον ἑτέραν πόλιν, κατεσκαμμένην καὶ αὐτὴν, ἥν φασιν Ἀναστάσιον βασιλέα Ῥωμαίων οἰκιστὴν, καὶ ἐξ ἐκείνου προσαγορευομένην, ἀνίστησιν αὖθις οὐ πᾶσαν, ἀλλ' ὅσον μάλιστα ἐνῆν ἀπολαβὼν, καὶ Περιθεώριον προσηγόρευσεν.* Idem 4, 42 (ad annum 1355): *Καὶ ἡ* (sc. *στρατιὰ*) *ἐκ τῆς Ἀδριανοῦ καὶ τῶν περὶ ἐκείνην πολιχνίων ἐπῆλθε Κουμουτζηνοῖς, καὶ ἄχρι Περιθεωρίου ἦλθεν.* Aliam oppidi mentionem invenio in scriptoribus Byzantinis seculi XV. Ducas hist. byz. cap. 27.: *Ἐδωρήσατο* (Muradus Turca Italo Adorno) *καὶ τὸ Περιθεώριον, ἕνα* (l. *ἓν*) *τῶν πολιχνίων τῆς δύσεως.* Georgius Phrantzes histor. I, 22. pag. 76. ed. Bonn.: *Περάσας δὲ* (ex Asia Ertucules Turca) *καὶ πρὸς τὴν Θρᾴκην ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ Αἴνου καὶ Περιθεωρίου, πολλοὺς Χριστιανοὺς ᾐχμαλώτισε.* Idem ibidem II, 2. (ed. cit. p. 133): *Τὰ δὲ ἐκτὸς* (extra Peloponnesum erat) *μεγάλη Αἶνος καὶ ἡ περὶ αὐτὴν παροικία πᾶσα, κῶμαι καὶ χῶραι, ἕως καὶ Περιθεωρίου· ἃ καὶ σταλεὶς ἐγὼ* (Phrantza) *παρέλαβον αὐτά.* Ea codex Paris. sic habet: *Ἦσαν γὰρ ἐκτὸς μεγάλη Αἶνος, Περιθεώριον καὶ Ξάνθη καὶ τὰ περὶ αὐτοῖς.* Seculum XVI. Crusius in Turco-Graecia (p. 171. ad annum 1564): *Καὶ τοῦ Περιθεωρίου Δωσιθέου* (Dosithei, praesulis Peritheorii). Adde Eundem Crusium ad annum 1579., ubi iterum occurrit Peritheorii episcopus (p. 287). Eodem tempore transiisse episcopatus in Xantheam videtur, coll. Michaele Lequienio in Oriente Christiano Vol. I. p. 1205.

Peritheorium ad tempus satis antiquum rejicere videtur Io. Comnenus medicus in Graeca montis Atho descriptione (Montfaucon palaeogr. p. 468), ubi Arcadius imperator monasterio Batopedio (Vatopedi) in monte Atho praeter alia contulisse dicitur *τὸ ὡραιότατον μετόχιον εἰς τὸ Περιθεώριον, ὁμοῦ καὶ τὸ τέταρτον μέρος τῆς παραθαλασσίας λίμνης, καὶ ἐργαστήρια πέντε μέσα εἰς τὸ Καστέλι.* Nomen urbi forsan a situ locique natura impositum est, sc. prospectu amplo. Oppidum *Peresteria* (sic) ibidem habet tabula geogr. Franco-Galli Lapiei fol. IX.

Erat huic urbi vicina regio (a. 1343) quaedam, *Merope* dicta. Cantacuzenus 3, 65.: *Βασιλέως δὲ Περιθεώριον πολιορκοῦντος.... τὰ ἐν τῇ Μερόπῃ φρούρια προσεχώρησαν, ἥ τε ἁγία Εἰρήνη προσαγορευόμενον καὶ ἡ Ποβισδός.* Idem ibidem: *Τά τε φρούρια ἐνεχείρισε καὶ τὰς κατὰ τὴν Μερόπην ἄλλας κώμας, οὐκ ὀλίγας οὔσας.* Meropes castella iterum memorantur anno 1345. Cantacuz. 3, 86.: *Ξάνθειάν τε εἶλεν ἐπιθέμενος, καὶ τῶν κατὰ τὴν Μερόπην φρουρίων ἦρχε πάντων, καὶ μέχρι Μόῤῥας προεχώρησε.* Idem 3, 68 (ad a. 1343): *Τῶν κατὰ Μερόπην φρουρίων καὶ τῶν ἄλλων νομάδων.*

Meropae vicina fuit regio *Morrha*, modo memorata. Cantacuz. 1, 39.: *Ὡς δὲ ἠγγέλθη βασιλεῖ* (Andronico seniori a. 1323), *περὶ Μόῤῥαν εἶναι Σκυθικὴν* (Bulgaricam) *στρατιάν, Διδυμοτείχου ἐξελθὼν, ἤλαυνεν ὡς εἶχε τάχους ἐπ' αὐτούς. Διαβάντων δὲ αὐτῶν τὸν Ἕβρον κατὰ τὴν Τζερνομιάνου λεγομένην πόλιν κ. τ. λ.* Idem 3, 26.: *Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅσοι Μόῤῥαν κατῴκουν, καὶ τῆς Ῥοδόπης ὅσαι πόλεις ἦσαν ὑπήκοοι Ῥωμαίοις, στρατιῶται πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ, ὑπὸ στρατηγῷ Ματθαίῳ τῷ Κανταχουζηνῷ τεταγμένοι, τῷ τοῦ μεγάλου δομεστικοῦ πρεσβυτέρῳ υἱῷ, κατὰ τὴν Χαλκιδικὴν τῆς Θρᾴκης ἐστρατοπεδευμένοι ἅμα τῷ στρατηγῷ, οὕτω τοῦ πατρὸς κελεύσαντος, περιέμενον τὴν ἄφιξιν ἐκείνου. Οὓς εὐθὺς ἐκάλει διὰ γραμμάτων εἰς Διδυμότειχον κ. τ. λ.* (Io. Palaeologus imp. a. 1341.). Idem 3, 66.: *Ὀλίγας δὲ ἡμέρας ἐνδιατρίψας Διδυμοτείχῳ, ἐξῆλθεν εἰς Ῥοδόπην· καὶ τὰ κατὰ τὴν Μόῤῥαν πολίχνια πάντα προσεχώρησαν εὐθὺς, πλὴν ἑνὸς, Ἐφραῒμ προσαγορευομένου* (a. 1343). Ibidem: *Ἔτι δὲ ἐν Ῥοδόπῃ ἑτέρας οὔσης ἐπαρχίας, Ῥωμαίοις ὑπηκόου, Στενιμάχου καὶ Τζεπαίνης προσαγορευομένης... ἐδόκει δεῖν στρατεύειν ἐπ' αὐτούς. Καὶ ἄραντες ἐκ Διδυμοτείχου, ἦλθον ἄχρι Μόῤῥας* (a. 1343). Idem ibid. 3, 70.: *Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Μυσῶν* (Bulgarorum) *βασιλεὺς.. ἦλθεν ἄχρι Μόῤῥας, τὰ ἐκεῖ πολίχνια.. παραστησόμενος, ὑπήκοα ὄντα βασιλεῖ. Ἐν δὲ αὐτῶν, Ὑπερπυράκιον ὠνομασμένον.. Ὁ βασιλεὺς.. πρὸς Μόῤῥαν ἐπὶ τοὺς Μυσοὺς ἐχώρει.. Ἀλέξανδρος σπουδῇ πολλῇ διέβαινε τὸν Ἕβρον ἀτάκτως καὶ πεφυρμένως κ. τ. λ.* Idem ibid. 3, 71: *Τοῖς ἐν Μόῤῥᾳ προσχωρήσασι πολιχνίοις.* Idem ibid.: *Κατὰ Μόῤῥας.. τῶν πολιχνίων.* Idem ibid. 3, 74.: *Οὐ χθὲς καὶ πρώην Μόῤῥαν διέφθειρον* (nonne recentissime Morrham devastarunt?); Idem ibid. 4, 34.: *Ἔπειτα καὶ πρὸς τὴν Χαλκιδικὴν πέμψας στρατιὰν, ἐκέλευσε κατατρέχειν.. ἀλλ' οἱ ἐν Μόῤῥᾳ, τοῦτο μὲν, διὰ τὸν πόλεμον ὅμορον αὐτοῖς ὄντα, τοῦτο δ', ὅτι καὶ ἡ Χαλκιδέων βοσκήμασι διαχειμάζειν μᾶλλον ἐπιτηδειοτέρα διά τε τὴν ἀλέαν καὶ τὸ τροφὴν παρέχειν ἄφθονον, βοσκήματα ἐκεῖ πολλὰ καταγαγόντες, ἠνάγκασαν βασιλέα πέμπειν ἐπ' ἐκείνους στρατιάν... Διδυμότειχον δὲ κακοῦν οὐκ εἴα..*

Fuit igitur Morrha regio ex oriente et septentrione Meropes. Situm habuit supra Didymotichum, in dextro litore Hebri ipsâque Rhodope, non in planitie Chalcidica, quae Rhodopen et mare Aegaeum inter Hebri Nestique ostia intercedit. Locum igitur

habuit inter Didymotichum (Dimoticam) Adrianopolinque, a parte utriusque urbis occidentali. Meropes autem situs ab oriente et septentrione Xanthiae ita statuendus est, ut occuparit haec regio partem illius tractus montani, in quo Romanorum itineraria collocant Maximianopolin (Mosynopolin), Brendicen, Milolitum, Tempyra; habuit autem multa castella, quod praeter alia situm ejus montanum demonstrat.

In fine hujus loci noto, Rhodopen medio aevo lingua vulgari (Bulgarica, puto) dictam fuisse *Ἀχριδὼς* (*Achridos* s. *Okri*). Georgius Acropolita hist. cap. 24.: *Ἄνευ μέντοι τοῦ τῆς Ῥοδόπης ὄρους, ὅπερ καὶ Ἀχριδὼς ὠνόμασται.* Idem cap. 54.: *Καὶ τὰ ἐν Ἀχριδῷ ξύμπαντα.* Ubi significatur superior Rhodope, prope Hebri fontes. Idem cap. 57.: *Τὰ ἐν Ἀχριδῷ φρούρια.* Ubi statim post Rhodopes purius nomen recurrit. Idem cap. 59.: *Καὶ ἐπεὶ μηδὲν ἐναπολέλειπτο τῶν παρὰ τῶν Βουλγάρων κατασχεθέντων φρουρίων καὶ ἄστεων, πάντα ὁ βασιλεὺς ἐχειρώσατο, πλὴν δυοῖν, ἑνὸς μὲν φρουρίου πάνυ σμικροτάτου, ἐν τοῖς βουνοῖς κειμένου τῆς Ἀχριδοῦ καὶ καλουμένου Πάτμου, ὃ καὶ εὐχερῶς πάνυ ὁ Φιλανθρωπηνὸς Ἀλέξιος εἷλεν ὁ Δοίκας, καταλειφθεὶς πρὸς τοῦ βασιλέως εἰς φυλακὴν τῶν ἐν Ἀχριδῷ, καὶ ἄστεος ἄλλου, Τζεπαίνης ὠνομασμένου, λίαν τυγχάνοντος ἐχυροῦ, καὶ περὶ τὴν συμβολὴν τελοῦντος τῶν δύο μεγίστων ὀρῶν, τοῦ τε Αἵμου καὶ τῆς Ῥοδόπης, καθ᾽ ὧν μέσον ὁ Εὖρος ῥεῖ ποταμός.* Jamque lux oboritur Nicetae in Isaacio Angelo 2, 5.: *Οἱ μὲν γὰρ ἔτι τῇ Φιλίππου προσεῖμενον, ἡμεῖς δὲ περὶ τὰ ἔσχατα τῆς Ἀχριδοῦ γενόμενοι ἡσυχάζομεν.* Ubi sermo, ut apud Acropolitam, de boreali Rhodopes initio. Cum hac vero Rhodopes denominatione bulgarica compara Achridis urbis nomen, item Bulgaricae, quae locum, ut puto, Lychnitidis veteris obtinet, in fine Illyrici orientali ad paludem Lychnitida situm habens. Puriorem Rhodopes denominationem semper tenet Ephraemius in Caesaribus vv. 6620. 8030. 8126. 8227. 8963. 8982. Item Nicephorus Gregoras et Cantacuzenus.

His alia addo de monte *Haemo*, quem a Rhodope in antecedentibus bene distinxere scriptores Byzantini. Ab iisdem, seu potius Bulgaris aliisve barbaris septentrionalibus, dictus cum ipsa Bulgaria fuit *Zagora* (Slavice, i. e. *pone montem*). Cedrenus histor. pag. 446 sq. ed. Paris. p. 351. ed. Ven. (Iustinianus Rhinotmetus): *Παραλαβὼν τὴν βασιλείαν, δῶρα πολλὰ δοὺς τῷ Τέρβελι .. καὶ χώραν τῶν Ῥωμαίων γῆς κόψας, τὰ νῦν λεγόμενα Ζαγόρια, ἀπέλυσεν αὐτὸν εἰρήνῃ* (a. 705). Idem p. 541. ed. Paris. p. 425. ed. Ven.: *Ἡ δὲ βασιλὶς .. δέδωκεν ἔρημον οὖσαν τηνικαῦτα τὴν ἀπὸ τῆς καλουμένης Σιδηρᾶς, ὅριον τότε τυγχάνουσαν Ῥωμαίων τε καὶ Βουλγάρων, ἄχρι τῆς Δεβελτοῦ, ἣν οἱ Βουλγαροὶ Ζαγορὰν κατωνόμασαν* (Theodora, Michaelis, Theophili filii, mater, a. 842 sqq.). Nicetas in Isaacio Angelo 1, 5.: *Πᾶσαν τὴν Μυσίαν* (omnem Bulgariam). Ubi cod. Augustanus: *Τὴν ὅλην Ζαγοράν.* Nicetas in Manuele 2, 2.: *Οἱ τὸν Ἴστρον διαβάντες, τὰ περὶ τὸν Αἷμον ἐσίνοντο* (Cumani, i. e. Patzinacae s. Petzenegri). Pro quibus codex Augustanus:

Καὶ περὶ τὴν Ζαγορὰν κουρσεύοντας (Zagoram vastantes). Idem in Isaacio Angelo 2, 1.: *Πάλιν εἰς τὴν Ζαγορὰν εἰσελθεῖν.* Ibidem eadem plane regio dicitur *Haemus.* Idem ibidem 5.: *Ὁ δ' ἀπάρας ἐκ τῆς Φιλίππου .. καὶ τῶν ὅρων* (l. *ὀρῶν*) *τῆς Μυσίας* (Bulgariae) .. *ἐφαψάμενος* .. Pro quibus codex Augustanus: *Τῶν βουνῶν τῆς Ζαγορᾶς ἀναβαίνειν ἀρξάμενος.* Idem in Alexio, Isaacii Angeli fratre, 3, 2.: *Τῷ ἄρχοντι τῆς Ζαγορᾶς Ἰωάννῃ.* Idem ibidem 1, 5.: *Εἰς τὸν Αἷμον.* Pro quibus codex Augustanus: *Τὴν Ζαγοράν.* Nicephorus Gregoras 5, 3.: *Κωνσταντίνῳ, τῷ τῆς Ζαγορᾶς ἄρχοντι* (Bulgariae regi). Ceterum Zagora quoque dicta regio Melenici in Macedonia, coll. Cedreno ed. Paris. p. 708., Chalcondyla l. 2. ed. Paris. p. 52.

Profligata de his regionibus disputatione, Rhodopes (Achridus) montium inter Nestum Hebrumque partes breviter repeto. Prima (borealis) pars fuit puto *Morra;* secunda (media) *Merope,* cujus, ut antecedentis, nomen Bulgaricum nescio; tertia *Chalcidice* (*Bolerus*, *Volero*), i. e. ultima Rhodopes versus meridiem, cum campis frugiferis ad mare Aegaeum patentibus.

THEODORIUM. Hanc urbem, throno episcopali ornatam, sola memorare videtur Novella Leonis Sapientis imp. de thronis (si lectio sana), cujus locum supra dedimus pag. 24. Sedem ejus nondum inveni. Num est oppidum Turcarum *Tajardi,* prope Comotena ad fluvium *Caratsch* (?), coll. tab. geogr. Lapiei Sect. 8.? Procopius de aedificiis 4, 11. in indice castellorum Rhodopes, de novo ab Iustiniano imperatore exstructorum, bis memorat *Θεοδωρούπολιν* et bis castellum S. Theodori (*τὰ ἁγίου Θεοδώρου*). De oppido *Tagardi* ita Hadschi-Chalfa in Rumel. et Bosn. p. 70.: *Tagardi, in derselben Linie mit Komuldsina und Karasujenidschessi, auf der rechten Seite des Weges nach Salonik. Der Weg von Konstantinopel bis hieher beträgt acht Tage. Zunächst liegen: Havassachi, Komuldsina und Usundscha-ova.*

PORI. Ejus urbis episcopalis locum nescire se fatetur Michael Lequienius in Oriente christiano Vol. I. p. 1209. Sed fuit proxima Comotenis. Cantacuzenus 2, 28.: *Συμβέβηκε δὲ βασιλέα τε κατὰ τὰ Κουμουτζηνὰ πόλισμα τῆς Θρᾴκης, οὐ πολὺ ἀπῳκισμένον τῆς θαλάσσης, αὐλίσασθαι τὴν νύκτα, καὶ Ἀμοὺρ κατὰ τὴν Ποροῦν, παράλιον τῆς Θρᾴκης χώραν, καταντικρὺ Κουμουτζηνῶν, τὴν ἀπόβασιν ποιήσασθαι.* Equidem locum, a Leone imp. in Novella de thronis *Πόρων* (ὁ) genitivo plurali dictum, a loco *Πορουν* (l. *Πόρων*) Cantacuzeni non diversum esse existimo. Locum nostrum *Pori* (plur., gen. Pororum) deprehendi in oppido *Buri-kane* ad sinum Lagos,*) ex occidentali Comotenorum latere. Eadem Meletii sententia, cui audit *Μπόρου* (*Poru*). Pororum (*Πόρων*) vero episcopum subscriptum habent Acta Synodi IX (Photianae) a. 879., coll. Mansi Concil. Vol. XVII. p. 375. Locum *Pori* cum *Topiro* unum eun-

*) I. e. Bistonidem, de qua v. Aristot. H. A. 8, 15, 2. ed. Schneid. Adde Io. Comnenum, cujus locum supra dedi p. 45.

demque esse putat Schaffarikius, cuius verba supra memoravi p. 19. Verum Topirus statim post fauces Christopolitanas venit (vide Nos p. 18—20). Pori a Topiro mihi quidem differre videntur. Et vox Pori transitum quendam significare poterunt, coll. forma *Tessaracontapori* et similibus.

COMOTENA (Cumutzena). Eorum mentionem in antecedentibus aliquoties fecimus; quibus accedit Cantacuzeni locus modo allatus, unde elucet, Pororum urbem in ipso maris litore quaerendam esse, Comotena vero in terra continenti, a Poris parum remota. Cantacuz. 4, 42.: *Κουμουτζηνοῖς, ἠπειρώτιδι πολίχνῃ* (*Comotenis, oppido continentis*). Quod confirmant tabulae geographicae de urbe Turcarum *Kümürdschina* s. *Komuldsina* (*Kemuldschina*), nostris Comotenis (Cumutzenis) respondente. Hadschi-Chalfa in Rumel. et Bosn. pag. 69.: *Komuldsina* (*Kemuldschina*), *auf dem Wege nach Salonik, ein grosser Flecken, acht Tagereisen von Konstantinopel .. Das Meeresufer ist etwas entfernt von hier.* In ejus oppidi agro varia memorantur castella. Cantacuz. 3, 67.: *Κουμουτζηνῶν ... καὶ ἄλλα φρούρια προσεχώρησαν περὶ ἐκείνην ᾠκισμένα, τό τε προσαγορευόμενον Ἀσώματος καὶ ἡ Παραδημιῶ, τό τε Κρανοβούνιον καὶ Στυλάριον.* Alius prope Cometena locus *Panagia* dicebatur, coll. Cantacuz. 2, 28. De urbe Turcica Gümürdschina praeter Hadschi-Chalfam v. Beaujour voy. milit. Vol. I. p. 235.

XANTHIA. Metropoleos Traianopolitanae ultima urbs non dignitate, sed situ, si occidentem spectas, est Xanthia (*Ξάνθεια*), hodie dicta *Xanthi*, e mari remota (Niceph. Greg. 16, 4, 2), veteri Topiro (Rusio?) proxima, eidemque flavio apposita, coll. iis, quae pag. 19 sqq. de hac regione exposuimus. Ab urbe Cometenis ad occidentem duarum fere leucarum spatio distat, coll. tabulis recentiorum geographicis. In synodo Photiana (a. 879 subscripsit *Γεώργιος ὁ Ξανθείας*, de quo vide Acta istius Concilii (Mansi Vol. XVII. p. 375.). Istam regionem insidiis struendis idoneam fuisse, testatur Balduini Flandri iter Thessalonicense, de quo videndus Nicetas in Balduino cap. 1. Xanthiam memoravimus in rebus Mosynopolitanis (pag. 26.), alio Nicetae loco repetito (Alex. Comn. 3, 2). Distat ab Abdera (Polystylo medii aevi), si septentrionem spectas, duarum fere leucarum spatio. Adde alium de ea locum veteris scriptoris, sc. Georgii Acropolitae, supra memoratum p. 29., ubi ordine minus justo ante Xanthiam occurrit Mosynopolis. Post Georgium Acropolitam, qui res seculi XIII perscripsit, ejus memoriam recolunt scriptores seculi XIV., sc. Georgius Pachymeres, Nicephorus Gregoras, Cantacuzenus. Ergo Pachymeres in Mich. Palaeologo 3, 23.: *Τῆς ἐπὶ Θεσσαλονίκης ἥπτετο . . εἰς Ξάνθειαν οὖν καταντήσας* (imp. Mich. Palaeol. a. 1264)... Ibidem: *Κατὰ Ξάνθειαν ἀπαντᾷν.* Idem in Andronico Palaeologo 7, 36. (a. 1308): *Αὐτομολεῖ τῷ Δομεστίκῳ πρὸς Ξάνθειαν* (sc. Pharenda Tzimes s. Ximenes). Nicephorus Gregoras hist. 14, 9, 3., coll. 16, 4, 2.: *Ὅσον τὸ ἐκ θαλάττης εἰς Ξάν-*

θειαν ἀνιὸν τὸ πολίχνιον. Cantacuzenus de ea agit in historia I, 52. 3, 86. *Ξάνθη* sec. XV. XVI. seqq. dicta est. Phrantza 2, 2 (secundum codicem Parisinum) p. 133. ed. Bonn.: *Αἶνος, Περιθεώριον καὶ Ξάνθη.* Adde Michaelem Lequienium in Oriente Christ. I. p. 1206., ubi Peritheorii et Xanthae episcopatus coaluisse dicuntur. Cives apud Cantacuzenum 3, 86. dicuntur *Ξανθιεῖς* (*Xanthienses*); qui num a Xanthis, Thraciae Europaeae populo, nomen traxerint, in ambiguo relinquam. De ultimis videndus Hecataeus apud Stephanum Byz. de urbb. (Hecataei Milesii fragmenta p. 81. ed. Klausen.): *Ξάνθοι, ἔθνος Θρᾴκιον. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.* Strabo ejusdem nominis populum Thracicum affert (geograph. XIII. p. 883.) una cum Scaeis, item Thracibus, coll. Stephano Byz. s. v. *Σκαιοί.* De Scaeis, forsan Saïis Hesychii, et Ciconibus, v. Klausenum ad Hecataeum pag. 80.

MACRA. Relicto occidente, ad Hebrum fluvium recurrimus, quaedam agri a latere ostiorum ejus occidentali patentis exposituri. Hujus autem plurima in antecedentibus illustravimus, cum oppida, viam publicam sequentia, i. e. Chalcidicen regionem, Rhodopae monti subjectam, inspiceremus. Descendimus vero ad ipsum mare, ubi hodie in via publica est *Macra* (*Μάκρη*), *) urbs episcopalis secundum Novellam Leonis Sap. de thronis, quae illi secundum dignitatis ecclesiasticae locum assignat, Mosynopoli tertium. Eamque jam anno 879 in Concilio nono (Photiano) memorari video (Mansi Concil. Vol. XVII. p. 375.). Macra vero antea dicebatur *Stagira*, sc. ante aevum Photii patriarchae Leonisque Sap. imperatoris; item *Orthagoria*, si fides Indici urbium, quae nomen ultimo mutarunt (ad calcem Codini de officiis aulae Byzantinae p. 404. ed. Paris., p. 348. ed. Ven.): *Ὀρθαγορία καὶ Στάγειρα, ἡ νῦν Μάκρη.* Fallitur tamen anonymus indicis auctor. Namque vicina Maronea (Marogna) dicta fuit *Orthagurea* (Plin. H. N. 4, 18, 11.), ubi *Orthagorea* legendum esse, bene vidit Harduinus. Leonis igitur imperatoris Novella Macram memorat, inque Actis Synodi Photianae subscripsit Antiochus, Macrae episcopus (*Ἀντίοχος Μάκρης*), coll. Michaele Lequienio in Oriente christ. Vol. I. p. 1203. Alios quosdam sequioris temporis Macrae episcopos v. apud eundem Mich. Lequ. ibidem. Macram Scylitza memorare dicitur (Mich. Lequ. l. c.); quem scriptoris locum ego non inveni. Confugit in eam urbem Isaacius Angelus, Graecorum imperator, a. 1194., cum viri quidam, rerum novarum cupidi, fratrem ejus Alexium pro ipso imperatorem renuntiarent. Factum hoc Cypselis, quo Isaacius Angelus imp. ab urbe Propontidis Raedesto (Rodosto) venandi causa venerat. De fuga Isaacii ita Nicetas in Isaacio Angelo 3, 8.: . . *φυγαδίας* (l. *φυγαδείας*) *ἅπτεται. Καὶ τὸν ποταμὸν ἐπικινδύνως διαβὰς, ὃς ἐκεῖσε βαθυδίνης διὰ τοῦ πεδίου σύρεται,* **) *εἴχετο τῆς ὁδοῦ . . Ἀφιγμένος δὲ κατὰ Στάγειραν, ἥτις Μάκρη λέγε-*

*) De Macra (turcice *Megri*) v. Hadschi-Chalfae locum supra allatum p. 19.

**) Est Hebrus flumen. Pleniorem habet hunc locum codex Augustanus Nicetae

ται νῦν, συλλαμβάνεται παρὰ Παντευγένου (l. *Παντευγόνου* vel *Παντευγένους*) *τινὸς, καὶ καταπροδίδοται τοῖς ἐπιδιώκουσιν. Οὐκοῦν καὶ τὸν ἔσχατον ἥλιον θεασάμενος, ἄμφω τὼ ὀφθαλμὼ μικρὸν ὕστερον ἐξορύττεται κατὰ τὴν ἐν Βήρᾳ μονὴν, ἧς δομήτωρ ὁ τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοκεὺς Ἰσαάκιος.* Verum sensum hoc loco negligens, ut solet, Nicetae interpres, Hieronymus Wolfius, in sua Nicetae editione *Peram* reddit, sc. de Pera, Constantinopoleos parte, somnians. Sed Peram paulo post habet Nicetas, in quod suburbium Isaacius Angelus excoecatus, Constantinopolinque missus, ad vitam humilem detrusus est. De duplici nomine conf. quoque Georg. Acropolitam hist. cap. 24.; ubi tamen, ut in ejusdem compendio hist. c. 24., mons urbi vicinus *Macra* dicitur, urbs vero *Stagira*. Nicetae tamen locus facit, ut pro ὃ apud Acropolitam legendum videatur ἣν (*quam*). Mons urbi vicinus Serrium promontorium veterum esse poterit, coll. Herodoto 7, 59. Macram Bulgari anno 1205 evertere, teste Georgio Acropolita histor. cap. 13., quem locum supra attuli pag. 28. Sed recurrit postea ejus memoria. Videatur Cantacuzenus hist. III, 71.; qui scriptor Macrae episcopum ad annum 1341 affert. Atque ante hunc annum Macrae (et Verae) nomen apud Nicephorum Chumnum legitur in oratione adversus Niphonem, patriarcham Constantinopolitanum, scripta (Boissonad. Anecdd. gr. Vol. V. p. 279.): *Μάκρην καὶ Βήραν, γενναῖα δή τινα.* Ergo Macra, a Bulgaris a. 1205 eversa, restituta utcunque erat a. 1315. Urbem *Macri* s. *Merée* (Megri), mari appositam, cum promontorio ejusdem nominis, habent tabulae geographicae. Hodiernam urbem *Merée* (Megri) unam eandemque cum Maronea esse statuit Beaujour in itiner. milit. Vol. I. p. 235.: vix recte. Maronea enim in hodierna urbe Marogna latet, quae unius vel duarum leucarum spatio a Macra sejuncta est, itinere occidentali, coll. tab. geogr. Franco-Galli Lapie sect. 9. Macram (Macre) cum Traianopoli atque abbatia Verae (*l'abbaye de Veroisne*) habet quoque Ville-Harduinus cap. 201., ubi videndus Du-Cangius, coll. ejusdem observationibus de Macra (ibidem).

VERA. Situm habuit in ipso fere Hebri inferioris litore dextro. Georgius Acropolita histor. c. 43.: *Περὶ τὸν ποταμὸν, ὃν Εὖρον* (sic semper scribit Acropolita) *καλοῦσι, πλησίον τῆς μονῆς τοῦ Βηρὸς* (sic; l. *τῆς Βήρας*) *ὀνομαζομένης ποιούμενον τὰς ῥοάς.* In hoc monasterio, quod Isaacius, Andronici imp. pater, condiderat, Isaacium Angelum imperatorem, per quem Andronicum de throno deturbatum constat, luminibus privatum supra legimus. Idem monasterium Andronicus Comnenus imp. visitavit regni initio (a. 1182.). Nicetas in Andronico Comn. 1, 2.: *Τῆς πό-*

ed. Bekk. p. 594.: *Ὃς διὰ τούτου τοῦ τόπου διέρχεται, ὃν καὶ σήμερον ὀνομαστὶ Μαρίτζαν ἢ Ὁμαδίτζαν καλοῦσιν.* Posterius fluvii nomen alibi non legi.

λεως ἔξεισι, καὶ ὁμαλαῖς κινήσεσι καὶ σταθμοῖς βραχέσι καταλαμβάνει Κύψελλα. Καὶ τοῖς ἐκεῖσε κυνηγεσίοις ἐνευφρανθεὶς, κατὰ τὴν πατρῴαν ἀφικνεῖται μονὴν, τὴν ἐν τῇ Βήρᾳ διακειμένην, καὶ τῷ τοῦ φύσαντος ἐφίσταται μνήματι μετὰ δορυφορίας καὶ δόξης βασιλικῆς. De eadem re Ephraemius v. 6260. p. 256. ed. Bonn.: *Κατὰ σεμνεῖον εὐαγὲς τὸ τῆς Βήρας.* Postero tempore Vera aliquoties cum Traianopoli jungitur, coll. Cantacuzeni locis supra allatis (p. 35.); unde utrumque locum vicinum fuisse concludes, de quo infra disseremus. Nunc erit situs loci definiendus, item historia ejus post captam a Francis Constantinopolin. A Bulgaris (a. 1205) dirutam non lego apud Georgium Acropolitam hist. c. 13., ubi tamen alia multa oppida, quae non significat, eversa a barbaris fuisse testatur. Excidii vero immunem fuisse, ejus eximia munitio probabile facit, de qua extat memorabilis Cantacuzeni locus hist. 4, 42.: *Ἐκεῖθεν* (ex urbe Aeno) *δὲ βασιλεὺς ὁ νέος πέμψας, καὶ Βήραν προσηγάγετο, φρούριόν τι καρτερώτατον παρὰ τὸν Ἕβρον κατῳκισμένον, ὃ πρότερον μὲν φροντιστήριον ἀνδρῶν μοναζόντων ἦν, τότε δὲ* (a. 1355) *ὑπὸ τῶν συνεχῶν πολέμων καὶ τῶν ἐφόδων τῶν βαρβαρικῶν, ἀγροτῶν τινων κατῳκισμένων* (l. *κατῳκισμένον*) *πόλισμα ἤδη ἦν, ὃ προσηγάγετο ὁ νέος βασιλεὺς, παραδόντων τῶν φρουρῶν.* Adde Nicephorum Chumnum in oratione adversus Niphonem (Boissonad. Anecdd. gr. Vol. V. p. 279.): *Μάκρην καὶ Βήραν, γενναῖα δή τινα* (*urbes non contemnendas*). Scriptum hoc anno 1315., quo tempore superstitem cum Macra Veram fuisse e Chumni loco cognoscimus. Hoc monasterium s. oppidum Ville-Harduinus cap. 201. *l'abbaye Veroisne* dicit. Hebri inferioris litori dextro, duarum leucarum discrimine (Hadschi-Chalfa p. 68.) a mari, imposita est Vera, ubi iis, qui ab oriente veniebant, vado vel ponte transeundum erat. Cantacuz. 3, 17 (ad annum 1341): *Ἀπιόντα πρὸς τὴν ἑσπέραν, ἐπεὶ διὰ Βήρας ἀνάγκη διϊέναι.* Adde Eundem 4, 35. *) Eodemque loco diu antea imperatorem Nicaenum per Hebrum flumen equitasse statuo, mense Septembri, referente Georgio Acropolita hist. cap. 43., quem locum supra attuli pag. 11., cum in Topiri sedem inquirerem. De hoc Hebri inter Veram et Kaltekos oppida transitu, eorum sc., qui Constantinopolin petunt, vide inprimis Felicem Beaujour Voy. milit. Vol. pag. 237. Aquaeductus veteris, satis magni, reliquias ibi vidit Paulus Lucas in Voyage ed. 1724 Vol. I. p. 64.

E Vera etiam Traianopolin, in Hebri litore dextro, est via publica (Beaujour l. c.). In terra paulo superiori, inter Didymotichum (Dimoticam) et Traianopolin, He-

*) Idem Cantacuz. ibid. cap. 57.: *Ἐλθὼν δὲ εἰς Βήραν, ἔνθα αὐτῷ ὡρμίζοντο αἱ νῆες κατὰ τὸν Ἕβρον ποταμόν…* Habuit Vera prae aliis bona pascua. Cantacuz. 3, 32.: *Τὴν στρατιὰν ἔχων ἐστρατοπέδευσεν ἐν Βήρᾳ. Ἀφθονίαν δὲ ἐκεῖ τοῖς ἵπποις τοῦ τόπου παρέχοντος τροφῆς (οὔπω γὰρ ἦν ἀπολαύειν ἀφθόνου πανταχοῦ διὰ τὴν ὥραν, ἄρτι ἀρχομένου ἔαρος) κ. τ. λ.* Est annus 1342. De pastu totius regionis v. quoque Nicephorum Gregoram 14, 4.

bri alium transitum inveni ad annum 1323. Cantacuzenus hist. 1, 39.: *Διδυμοτείχου ἐξελθὼν* (imp. Graecus a. 1323) *ἤλαυνεν ὡς εἶχε τάχους ἐπ' αὐτούς. Διαβάντων δὲ αὐτῶν τὸν Ἕβρον κατὰ τὴν Τζερνομιάνου λεγομένην πόλιν, ἐπεὶ καὶ ὁ βασιλεὺς κατὰ τὸν αὐτὸν πόρον, ἣν ἦγε στρατιὰν κ. τ. λ.* Moneo, eodem loco, sc. in litore Hebri dextro, supra Traianopolin, Tzernam rivum, e Rhodope emissum, Hebro influere, in cujus rivi ostio tabula geogr. Lapiei oppidum s. vicum collocat, nomine *Tzernitz*, ibidemque, sc. in Hebri litore adverso s. sinistro, oppidum *Thermolitza.* E pago vero Tzernitz est transitus per Hebrum in litus sinistrum fluvii, pauloque inferius alius transitus prope Traianopolin. Per transitum posteriorem via est Adrianopolitana, quae ab illa inde Hebri parte litus ejusdem sinistrum sequitur usque ad urbem Adrianopolin.

De Vera (turcice *Feret* et *Feredschick*) haec habet Hadschi-Chalfa in Rumelia et Bosnia pag. 67.: *Feredschik (Ferdschik), auf der Hauptstrasse, ein kleiner Ort, im Jahr 774 von Lalá Schahin Paschá erobert, sechs Tagereisen von Konstantinopel, drei von Edrene... Megri ist nur eine Tagereise entfernt.* Meletius Geograph. ed. II. Tom. III. (p. 104): *Πέραν τοῦ Ἕβρου ποταμοῦ εἶναι ἡ Βεῤῥοία* (sic!), *κοινῶς λεγομένη Φέρε, εἶτα Τραϊανούπολις* (*trans fluvium Hebrum est Berröa, lingua vulgari Fere; deinde Traianopolis*). Sequuntur apud ipsum, itinere occidentali, *montes* sic dicti *divini* (*Θεοῦ βουνὰ*), *Sapsia* (*Σαψιὰ*, *Chepche* s. *Chapsilar* Turcarum), *Comotena* (*Κιμουρτζίνα*), *Pori* (*Μπόρου*), *Kara-Genitze,* denique *Xanthe* (*Ξάνθη*), et haec quidem a via publica paululum remota. His statim addit seu assuit Meletius l. c.: *Γρατιανά. Μοσχυούπολις.* Ubi vides, scriptorem redire ad plagam orientalem. Sed quid erit Meletii Moscyopolis, hoc loco, supra vero prope Constantinopolin (pag. 22. hujus dissertationis) ab ipso posita? Certe non Maximianopolis, cui nunc justum locum assignat (pag. 103.): *Ἡ δὲ Μαξιμιανούπολις οὐ πολὺ σμακρὰν τῆς Βιστονίδος λίμνης τίθεται, τανῦν ἐρείπιον.* Ultimum Meletii locum Mannertus repetit geogr. Vol. VII. p. 222., nomine scriptoris, unde sua hausit, non memorato.

Antequam Hebrum superamus, ut Dymas, hinc Cypsela adeamus, varia Itinerariorum nomina exponenda sunt, quorum ventilationi orationis tenor hucusque obstitit. Ergo recurramus ad illa vetustatis monumenta; deinde Ciconum Bistonumque Thracum terram lustremus.

Itinerarium Antonini primo haec habet (p. 321): PORSULIS, QUAE MODO MAXIMIANOPOLIS. M. P. XXIII. BRENDICE. M. P. XXI. MILOLITO. M. P. XII. TIMPORO (sic) M. P. XVI. TRAIANOPOLI M. P. IX. Idem deinde pag. 331.: IMPARA SIVE PYRSOALI NUNC MAXIMIANOPOLI M. P. XVIII. BRICIZE. M. P. XX. TRAIANOPOLI. M. P. XXXVII. Tabula Peutingeriana: PORSULIS XX. BRENDICI XII. MICOLITO XXIII. DYMIS XX. Itinerarium Hierosolymitanum

(ordine inverso): MUTATIO DEMAS. M. XII. CIVITAS TRAIANOPOLI. M. XIII. MUTATIO ADUNIPARA (l. AD TEMPYRA) M. VIII. MUTATIO SALEI M. VII. MUTATIO MELALICO M. VIII. MUTATIO BEROZICA M. XV. MUTATIO BREIOPHARA M. X. CIVITAS MAXIMIANOPOLI M. X. Ravennas anonymus 4, 6.: *Dymis, Traianopolis, Timpira, Mytoliton, Brendice, Porsulis.*

In his *Adimpara* Wesselingius exulare jubet, juxtaque urbem Trajanopolin sedem ponere, ubi Hierosolymitanus habet *Adunimpara.* Ego ut toties nil decerno. Nec de *Brendice* cum Wesselingio habeo quod moneam. Scribitur quoque *Berozice* et *Brizice.* Fuit Maximianopoli vicina ex oriente. Idem de *Milolito* (Micolito, Melalico, Mytolito) valet. *Salei* fortasse ex Herodoto illustrari poterit. Is igitur 7, 59.: .. *ἐς τὸν αἰγιαλὸν τὸν προσεχέα Δορίσκῳ .. ἐν τῷ Σάλη τε Σαμοθρηϊκίη* (Samothracum colonia) *πεπόλισται πόλις καὶ Ζώνη· τελευταία δὲ αὐτοῦ Σέῤῥειον ἄκρη ὀνομαστή. Ὁ δὲ χῶρος οὗτος τὸ παλαιὸν ἦν Κικόνων.* De mutatione *Salei* nil annotavit Petrus Wesselingius. Locus *Breiophara* thracice sonat. Cum Wesselingio consentio, haec scribente: „Rectumne an pravum sit hoc mutationis nomen, ab alio ut ostendatur exspecto.“ Omnino haec Itinerariorum pars alium Theseum exspectat.

Hac Itinerariorum sectione absoluta, ad ulteriorem antiquitatem recurrere lubet. Lustravimus terram Nesto Hebroque interpositam, sc. Ciconum et Bistonum sedes. De his Thracibus quaedam eorum repetenda videntur, quae alio loco exposui (*Pauly*, Encyclopaedie der classischen Alterthumswissenschaft. Vol. I. p. 1116 sq.): „*Bistones*, *Βίστονες* und *Βίστωνες* (Steph. Byz. unter *Βιστονία*), thrazisches Volk am ägäischen Meer, um Abdera (Plin. H. N. IV, 11, 18.) und Dicäa (Strabo VII. p. 331.), am gleichnamigen grossen Landsee. Durch ihr Land ging der Zug des Xerxes (Herod. VII, 110.), nach welcher Stelle sie westlich von den Ciconen wohnten. Sie reichten bis an den Nestus (Nesto), da die Mythe bei Stephanus (unter *Βιστονία*) ihre Stadt (Land) zu einer Tochter der Kalirrhoe macht, welche des Nestus Tochter war. Ueber ihre Verwandtschaft mit den westlicher wohnenden Odomanten und Edonern, sogar auch mit den nichtthrazischen Päonen, s. Steph. u. d. W.; was aus den Eroberungen der ältern macedonischen Könige erklärt werden muss, welche bei der Erweiterung ihres Gebietes die alten Stämme allmählig von Westen nach Osten drängten, wie zuvor schon die griechischen Colonien sie vom Meere zum Theil nach dem Binnenlande gedrängt hatten. Sie erscheinen noch unter den Römern (Plin. H. N. IV, 11, 18.); sind also nicht, wie Mannert (VII. 39.) meint, schon unter den Griechen und Macedoniern verschwunden. Ihre Gegend ist das Vaterland des Orpheus (Claudian. Proserp, II. praef. v. 8.) und der Mythe von der Prokne (Seneca Agam. 673.); wenn anders nicht dort und sonst oft bei den römischen Dichtern ihr Name überhaupt für thrazisch gilt, was aber jedenfalls für die Tüchtigkeit dieses Stammes zeugt. Dagegen die Mythe von den menschenfressenden Pferden des Diomedes gehört ihnen

(Plin. H. N. a. a. O.). Eine alte Stadt dieser Thrazier war Tirida (Plin. a. a. O.), woraus vielleicht Bistonia, πόλις Θρᾴκης bei Steph., erklärt werden kann; obwohl bei diesem interpolirten Schriftsteller πόλις, wie sonst so oft, auch Landschaft bedeuten könnte. Griechische Colonien auf ihrer Küste: Dicäa, Ismaron, Parthenion, Phalesina, Maronea (Plin. und Strabo a. a. O.). Diesem Küstenstriche, wie dem folgenden (bis zu den Dardanellen), müssen die von dem Macedonier Philipp I. zerstörten 32 chalcidischen Städte (Demosth. Philipp. III. p. 106. Bekk.) grossentheils angewiesen werden, da Chalcidice (im gemeinen geograph. Sprachgebrauche) nie 32 Städte besass; Appian dagegen (B. C. IV, 102.) die von Philipp zerstörten Städte um die untere Maritza (Hebrus) setzt. Denn auch hier sassen chalcidische Colonien (App. a. a. O.); was dem fürstlichen Geschichtschreiber Cantacuzenus, welchen Wasse (ad Thucyd. IV, 79.) nicht verstand, wohl bekannt war (m. s. das Register in der Bonner Ausg.). Hiernach erweitert sich zugleich der geographische Begriff des τὰ ἐπὶ Θρᾴκης, was man auf den Küstenstrich zwischen Kassandria und Amphipolis beschränkt hat. Götterkult der Bistonier: Mars (Steph. unter Bistonia), Minerva (Ovid. Ibis 379.). — *Bistonis*, grosser thrazischer Landsee im Lande der Bistones (Plin. H. N. IV, 11, 18. Ptol. Geogr. III, 11. Ist ein Brackwasser (λιμνοθάλασσα) und somit sehr fischreich (Aristoteles H. A. VIII, 15, 2. Schneid.); wovon ein Viertel des Ertrags, vermöge einer angeblichen Bulle des Kaisers Arcadius, dem Kloster Vatopedi auf dem Berge Athos gehört (Io. Comnenus ad calcem Montfauc. Palaeogr. p. 468.). In ihn mündet der Kossinites (Aelian. H. A. XV, 25.). Pferde, die aus diesem Fluss tranken, wurden toll (Ael. a. a. O.), woraus sich die Menschenfresserei der diomedischen Pferde erklären lässt (s. Bistones). Der See ist gross (Scymnus Chius 673. Strabo VII, 333.). Er schwemmte einst verschiedene thrazische Städte weg (Strabo I, S. 59.). An ihm lag das alte Tirida und Dicäa (s. Bistones). Ietzt Lagos (lacus, λάκκος) Buru (Πόρου der Byzantiner), bei Kumuldschina."

Traianopolin Hebri ripae appositam fuisse, nullus equidem dubito. Iam si hodiernus Bulgarorum pagus Orichova idem est cum illa civitate, via Egnatia satis a mari remota fuisse videtur, cum hodierna via mari multa propior esse dicatur, coll. hac dissertatione pag. 32. Romani, puto, bono consilio viam suam militarem per montanam Rhodopes partem munivere, ut coloni sui, angustiis impositi, insidias barbarorum arcerent. Vidimus hoc in Illyrica Egnatiae parte. Nostram vero Egnatiae partem egregie illustrat Petrus Belonius Observationum libro I. capite 62 (fol. 62, [r]): „Continuants nostre chemin vers Constantinople, et commençants à monter la montagne, estants desia quelque peu montez, regardants derriere nous, nous veoyons bien à clair le chemin que nous avions fait depuis de lac Bistonius, qui maintenant est appellé Bouroun... Nous veoyons le village de Commercine, qui est situé en une tresgrande plaine. Le chemin de cette plaine estoit le droict grand chemin ancien, pour aller de Rome à Constantinople, et estoit pavé de moult grosses pierres taillées à l'antique:

car venants de Bouron à Commercine, et puis de Commercine à Chapsilar, attendu que c'estoit un chemin difficile de terre grasse, les Romains le firent paver, *et encor pour le jourd'huy* (a. 1549) *reste en son entier*. Nous pouvons prouver par cela que les Romains anciennement faisoyent ce chemin en venant de Rome passant en Asie, et aussi que l'ouvrage de ce pave monstre qu'il n'est pas d'un petit compagnon: car on voit la terre pavée tout droict. Et pour aller chercher les addresses, on laisse maintenant le pavé à dextre, l'autrefois à senestre: et en quelques endroicts il entre es bois tailliz: et y à des grands arbres entre les pierres du pavé, qui sont surcreux depuis ce temps lá. Nous montasmes ladicte montagne Serrium, qui est moult difficile en beaucoup d'entroicts. En laquelle l'on voit que le roches à esté taille en plusieurs lieux à la poincte du ciseau, et autres ferrements, qui n'a esté fait sans grande despence. Cest ouvrage nous fait penser, que le grand chemin de Rome allant à Constantinople, estoit grandement frequente."

Ibidem Belonius Turcicum locum Schapsilar (Hadschi-Chalfa l. c. p. 69.) male cum Cypselis confundit. Nec melius alii, qui Cypsela cum Turcica urbe Ipsala (Annales Turcici p. 315. ed. Paris. Hadschi-Chalfa p. 64.) eadem esse dicunt. Turcarum Ipsala, Hebri orae sinistrae intra Orichovam (Traianopolin, ut quidam volunt) imposita, est urbs Byzantinorum Psyllum, coll. Anna Comnena libro XIII. p. 376. ed. Paris.: *Ἐπὰν δὲ τὸν Μέστον* (i. e. Nestum) *κατειλήφει* (Alexius Comnenus imp.), *ἡ μὲν Αὐγούστα* (Alexii mater) *πρὸς τὰ βασίλεια* (urbem Constantinopolin) *ἐπαναστρέψαι ἠβούλετο, ὁ δὲ αὐτοκράτωρ προσωτέρον ταύτην βαδίζειν παρεβιάζετο. Καὶ δὴ περάσαντες ἄμφω τὸν Εὖρον καλούμενον ποταμὸν, κατὰ τὸν* (l. τὸ) *Ψύλλον τὰς σκηνὰς ἐπήγνυντο*. In turcica voce *Ipsala* litera *i* Turcis debetur, qui eam per mollitiem suae linguae multis nominibus propriis anteponunt. Confer, si tanti est, formas *Iscodar* (Scutarium, Scodra), *Isdin* (Zitunium, Lamia), *Isnik* (Nicaea), *Iskender* (Scander, i. e. Alexander), rell. *)

Pergamus ad finem Egnatiae. Hebro superato, qui ab occidente proficiscebantur, in Macedoniam medii aevi veniebant, de quo loquendi usu v. Nos p. 33 sq. Causam

*) Hadschi-Chalfa in Rumelia et Bosnia p. 64 sq.: „*Ipsala*, ein Ort ohne Mauern, fünf Tage von *Konstantinopel*, nahe am Ufer des Meeres in einer weiten Ebene, mit Moskéen, Bädern und vielen Gärten. Der Nahme soll aus *Ilksala* (d. i. *das erste Gebet*) verstümmelt seyn, weil *Gasi Suleiman Pascha* bei seinem Uebergange nach *Rumeli* mit dem islamitischen Heere hier das erste Gebet verrichtet haben soll. *Kosrev Kinja* hat hier ein mit Blei gedecktes geräumiges Karavan Seraj und eine Armenküche erbaut. Die *Maritza* fliesst zwischen hier und *Feredschik*, und fällt dann nicht weit vom Wege ins Meer. Sie heisst hier gewönlich der Fluss von *Ipsala*. Man übersetzt denselben in Schiffen, wozu sich immer einige bereit finden. Zwischen den jetzt genannten Gerichtsbarkeiten und *Edrené* liegen die von *Dschisr Erkené*, *Dimotika* und *Keschan*."

huius denominationis aperire videtur Codinus de officiis aulae Byzantinae cap. 6. (p. 54. ed. Bonn.): . . *τοῦ Δαρείου, ὃν καταστρεψάμενος Ἀλέξανδρος, ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεύς, ἔσχε τὴν ἀρχὴν τούτου. Ἐπεὶ δὲ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος καὶ ἦν καὶ ἐλέγετο βασιλεὺς Ῥωμαίων, βασιλεῖς τῶν Ῥωμαίων καλοῦνται μέχρι τοῦ νῦν καὶ οἱ ἐκείνου διάδοχοι βασιλεῖς. Καὶ ἐπειδὴ ὁ μὲν Ἀλέξανδρος τῶν Μακεδόνων ἦν βασιλεύς, ἡ δὲ Μακεδονία ὑπὸ τὴν τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων χεῖρα εὑρίσκεται, τὰ μὲν ἑῷα ἔθνη διδόασι τὴν τιμὴν τῷ βασιλεῖ ὡς διαδόχῳ τοῦ πατρικοῦ οἴκου Ἀλεξάνδρου, τὰ δ' αὖ ἑσπέρια ὡς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου διαδόχῳ.*

DYME. Ita scribo cum Ptolemaeo geogr. 3, 12 (p. 156. ed. Wechel.): *Τραϊανόπολις, Πλωτινόπολις, Δρουσιπάρα, Δύμη, Ἀφροδισιάς, Κύψελλα, Ἄπροι κολωνία.* Itineraria locum sic scribunt: DYMIS M. P. XVI. DYMIS XX. MUTATIO DEMAS M. XII. Anonymus Ravennas 4, 6.: *Afrodisia, Apris, Syrascele* (l. *Syracellae*), *Srolanis* (l. *Zorlanis*), *Dymis, Traianopolis.* Hanc mutationem e sinistro Hebri litore, et quidem intus, versus orientem et meridiem, quaerendam esse patet. Didymotichus (Dimotica) significari non potest. Est enim Dimotica e septentrione Arachovae (Traianopoleos) sita, coll. tabula geogr. Franco-Galli Lapie fol. IX.

CYPSELA. *) In hac urbe finem habuit via Egnatia (Strabo 7, 7., cuius verba dedi in praefatione pag. 3). Media fuit inter Melanem et Hebrum fluvios. De eius situ videatur Livius 38, 40.: *Quo profectus est* (consul Romanus) *ab Lysimachia die, ad amnem Melana, quem vocant, inde postero die Cypsela pervenit. A Cypselis via decem millium fere silvestris, angusta, confragosa excipiebat. Propter cuius difficultatem . . ad ipsas angustias iniquitas locorum . .* Idem cap. 41.: *Romanorum primum agmen extra saltum circa templum Bendidium castra loco aperto posuit; pars altera ad custodiam impedimentorum medio in saltu duplici circumdata vallo mansit. Postero die, prius explorato saltu, quam moverent, primis se conjungunt . . Eo die ad Hebrum flumen perventum est. Inde Aeniorum fines praeter Apollinis, Zerynthium quem vocant incolae, templum superant. Aliae angustiae circa Tempyra excipiunt (hoc loco nomen est), nec minus confragosae, quam priores; sed quia nihil silvestre circa est, ne latebras quidem ad insidiandum praebent . . Nudae valles . .* Pomponius Mela 2, 2, 6.: . . *Bisante Samiorum, et ingens olim*

*) *Cympsala* passim scribitur haec urbs in libris medii aevi. Epiphanius Cyprius in Indice episcoporum (Constantinus Porphyrog. de cerimoniis aulae Byz. 2, 54): *Ἐπαρχίας Ῥωδόπης (l. Ῥοδόπης) ὁ Κυμψάλων.* Gesta Tancredi principis cap. 10 (Muratori SS. rerum Itall. Vol. 5. p. 289): *Ab eo, quod Chympsala oppidum dicitur, digreditur* (Tancredus princeps fine sec. XI). *Κύψελλα* Graeci scribere amant. Videatur Cinnamus 4, 22. ed. Bonn. Nicetas p. 363. 482. 592. 665. 685. 735. ed. cit. Ephraemius in Caesaribus vv. 6240. 6947. Nicephorus Gregoras 7, 4. ed. cit. Cypselum quoque, Corinthi tyrannum, duplici λ Byzantini scribunt. Vide Georgium Syncellum p. 388. 402. secundum vulgatam. De Cypselorum scriptione adi quoque Tzchuckii not. crit. ad Pomponium 2, 2, 6.

Cypsela; post locus, quem Μακρὸν τεῖχος appellant, et in radicem magnae paene insulae sedens Lysimachia. Cypselorum civitatem Hebro quidem vicinam, nec tamen ipsi orae eius impositam fuisse, Stephanus quoque dicit: *Ἔστι καὶ Κύψελα, πόλις Θρᾴκης, πλησίον τοῦ Ἕβρου ποταμοῦ.* Ad Pomponii locum prudenter sic Tzschuckius (II, 2, 105): .. „Ptolemaeus 3, 11., qui mediterraneis adscribit; idque confirmat Antoninus cum tabula Peuting. Quare hic extra ordinem et cursum institutum commemorat Mela." Silvas urbi propinquas habere etiam Nicetas videtur in Andronico Comneno I, 2.: *Καταλαμβάνει* (imperator) *τὰ Κύψελλα* (sic), *καὶ τοῖς ἐκεῖσε κυνηγεσίοις ἐνευφρανθεὶς, κατὰ τὴν πατρῴαν ἀφικνεῖται μονὴν τὴν ἐν τῇ Βήρᾳ διακειμένην.*

Cypsela, quae Livius 31, 16. Thraciae castellis accenset, juxta hodiernam Turcarum urbem Keschan (Cissum Byzantinorum) invenire mihi videor, de qua supra egi pag. 21. Nomen ab edito situ derivandum esse puto, ut sit idem quod *υψηλά* (cacumen), quam formam apud Stephanum Byzantium invenio s. v.: *Ὑψηλὶς, κατοικία Θρᾴκης.* Et locum *Ὑψήλη* (sic), Smyrnae vicinum, Ducas habet histor. cap. 28. Res Cypselorum sacras pauculis illustrat Michael Lequienius in oriente christiano Vol. I. p. 1203 sq.

Via nostra Romanorum Egnatia quare non ad ipsum usque Hellespontum ducta fuerit, sed ad sola Cypsela, quidam mirabuntur. Ego non miror. Prima viae delineatio in Cypselorum civitate substitit, bono consilio. Ibi enim, ut vidimus, saltus sunt et angustiae, ubi munitiones militares opus erant. Reliqua inter mare Hellespontium et Cypsela sunt plana et aperta, nullisque insidiis obnoxia. Nihilominus a Romanis viam suam militarem tum Constantinopolin usque, tum ad Hellespontum munitam fuisse nemo dubitabit.

In lectorum commodum e Clarkio (Vol. IV. pag. 733. ed. quatern.) stationes hodiernas subjungo, quae Thessalonicam et Constantinopolin intercedunt.

Route from Thessalonica to Constantinople.

1801.			Hours	1802.			Hours
Dec.	31.	Clissele	7.	Jan.	7.	Dervène	1.
1802.	1.	Trana Beshek . . .	2.			Fairy	5½.
Jan.		Micra Beshek . . .	1½.		8.	Achooria	4.
		Khan Erenderi Bauz . .	1½.			Kishan	4.
	2.	Orphano	5.		9.	Bulgar Keui	1.
	3.	Khan Kynarga . . .	4.			Malgara	3.
		Pravista	2½.			Develi	5.
		Cavallo	3.		10.	Yenijick	3.
	4.	Charpantù tchiflick . .	2.			Rhodosto	4.
		Ferry over the Nestus, or Ka-			11.	Turkmalé	6.
		rasù River	2.			Eski Eregli	3½.
		Yeniga	4.		12.	Selivria	3.
	5.	Gymmergine	8.			Crevatis	3.
	6.	Tchafts-tcheyr . . .	5.			Buyuk Tchekmadjeh . .	4.
	7.	Kallia Gederai . . .	1.			Kuchuk Tchekmadjeh .	3.
		Shepshe	3.			Constantinople . . .	3.
		Peresteria	1.			Total	107½.

Cum his confer Hadschi Chalfam in Rumelia et Bosnia p. 59–80.

Haec hactenus. E deverticulo nostro Illyrico, Macedonico, Thracico, utpote regionibus inclementer nunc maxime turbideque habitis, ad fines nostrae patriae multo beatiores pedem referimus.

Instat enim popularibus nostris dierum par faustissimum laetissimisque acclamationibus salutandum. Priori luce (est autem dies Septembris XXVII) REX noster GUILIELMUS sacra sua natalitia aget; postera vero cives Württembergenses sinceram omnium piamque laetitiam ob regnum EIUS ante hos XXV annos inchoatum solenniter testabuntur. Et est revera, si alii Germanorum stirpi, quod nobis ipsi de illo annorum decursu gratulemur. Namque Deo O. M. annuente factum est, ut REX noster GUILIELMUS brevi post, quam regni habenas capessiverat, antiqua cum novis sapienter conciliando, eam, qua nunc gaudemus, reipublicae formam institueret, imperium et libertatem egregie miscens. IDEM deinde non destitit, reliquum civitatis statum ita instaurare, ut plurima de novo fere condidisse putandus sit. Longum est, legum novarum numerum et salubritatem referre, quae justitiae administrationem spectant, quaeque de redituum publicorum emendatione latae sunt. REX autem noster augustissimus non tantum opes Württembergiae publicas eximie auxit, verum etiam arduo illo faustoque labore, quo cum aliis Principibus consociatus libera Germanorum commercia restituit, immortales communis patriae grates promeruisse putandus videtur.

Praeter multos alios haec ILLI attestatur antiqua academia Eberhardina, ab IPSO magno beneficiorum cumulo aucta mirificeque ornata.

Adriae turbines magno Dei beneficio nuper eluctatus, sospes ad penates SUOS rediit, sospes ad cives SUOS Ipsius amantissimos. Unde spes Württembergensium aliorumque Germanorum, ubi aliae gravioresque turbae ingruerint, sospitem IPSUM tum quoque fore, ut multorum aliorum sospitator existat. Quod enim summus poeta-

rum Virgilius de Marcello vaticinantem Anchisem facit Aeneidos libro VI, 855 sqq., id de REGE nostro recte repeti posse videtur:

Adspice, ut insignis spoliis Marcellus opimis
Ingreditur, victorque viros supereminet omnes.
Hic rem Romanam, magno turbante tumultu,
Sistet eques; sternet Poenos Gallumque rebellem,
Tertiaque arma patri suspendet capta Quirino.

Diem natalem Augustissimi REGIS academia nostra more a maioribus tradito publica oratione celebrabit; quam in aula nova ante concionem sacram hora $8\frac{1}{2}$ lingua vernacula habebit collega noster C. C. Kraus, oeconomiae publicae P. P. O.,

De legibus Germanorum agriculturam spectantibus, habita ratione decimae agrorum novalium.

Ad hunc actum proceres huius oppidi, cives academicos omnesque rerum nostrarum fautores ea, qua par est, observantia, invitamus.

P. P. Sub sigillo rectorali. Tubingae a. d. XXIV. Sept. MDCCCXIL.

Errata in impressis:

Pag. 54. not. * parte sinistra linea 5 infr. lege *pag.* 19.
— 57. l. 21. lege *Ἀναστασιούπολις.*
— 40. l. 12. lege *omissam.*
— — l. 26. lege *κατευτέρησθε.*
— 49. l. 5. lege *poterit.*